

—4000 m. above

~~M VIII 5~~  
— *Chm*




224241

# CHRONOLOGIA.

Hoc est,

# BREVIS DESCRIPTIO RERUM MEMORABILIUM, IN PROVINCIIS HAC ADIVNCTA TABVLA TOPOGRAPHICA COMPREHENSIS GESTA- rum, usq; ad hunc M. D. IIIIC. annum præsen- tem; ex variis fide dignis authoribus collecta, Per

Levinton Hulsius Gandensem, Not. Imp:




NORIBERGAE,  
Typis Christophori Lochneri.

cis 15 xcvil.  
Sumptibus Authoris.

CATALOGVS AVTHORVM  
quorum scriptis in hoc opusculo usus  
sum.

- |                             |                                |
|-----------------------------|--------------------------------|
| Abrah. Backschay Chronol.   | Georg. à Reichersdorff.        |
| Abrah. Ortelyj Theatrum,    | Ger. Mercatoris Geographi.     |
| Adr. Romani Theat. Vrbium   | Ioan. Dubrauvij.               |
| Anania Fabrica de l' mondo. | Ioan. Leuklau. histor.         |
| Andrea Thevet Cosmog.       | Ioan. Schildberger.            |
| Ant. Magini Geograp. Ptole. | Ioan. Candidi, de l' Aquileia. |
| Arriani Hist. Pont. Euxin.  | Ioan. Zonarae Annal.           |
| Belleforesti Cosmog.        | Ioachimi Curei.                |
| Blasius Pigenore.           | Laonici histor.                |
| Bonfinii histor.            | Laurentius Molitor.            |
| Boterirelationes.           | Mart. Broviovij histor.        |
| Cedreni histor.             | Matth. à Michou.               |
| Cor. de Iudeis speculum.    | Mich. Ritiij de Hungar.        |
| Cromeri Chroatic.           | Nicephori hist.                |
| Dav. Chythrai Sylva.        | Niceta Chonitatae Annal.       |
| Frat. Leander de l' Italia. | Petri Meſſielectiones.         |
| Franc. Sansovini histor.    | Sambuci Append.                |
| Georg. VVernberis.          | Wolfg. Lazij Hungar.           |




227271

PRO



PROVINIAE IN TABVLA  
Geographica comprehensæ, quæq; hic bre-  
iter ordine describuntur.


	Cap.		Cap.
Austria	16.	Asiacæ minoris	39.
Bessarabia	34.	Anconitani March.	1.
Bosnia	23.	Bavariæ	11.
Bulgaria	30.	Bohemiar.	13.
Carinthia	18.	Ferraræ Duca.	4.
Carniol	19.	Illirici	9.
Constantinopolit. iter	40.	Lithuaniar.	36.
Croatia	21.	Norici Agri	12.
Dalmatia	9.	Poloniæ	27.
Forum Iulij	7.	Ponti Euxin.	38.
Goritia	19.	Ragusar. Domin.	24.
Histria	8.	Russiar.	28.
Hungaria	26.	Romagnæ	3.
Moravia	15.	Silesiar.	14.
Moldavia	33.	Tartariæ	37.
Mysia	25.	Tervis: March.	6.
Podolia	35.	Thraciar.	31.
Saltzburg	10.	Venetiar. Dom.	5.
Servia	25.	Vrbini Ducat.	2.
Sclavonia	22.		
Stiria	17.		
Transylvania	29.		
Vlachia	32.		
Vindia	20.		



EBERHARDVS DEI GRATIA EPISCOPVS SPIR,  
ENSIS ET PRÆPOSITVS WEISENBVRGENSIS IMP:  
CAM: SUPREMVS IVDEX ~

H

S



# ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO EBERHARDO EPISCO- PO Spirensi, Præposito, VVeissenburgenſi, Imp. Cameræ supremo Iudici & Præſidi, &c. Domino ſuo clementiſſimo.



EVERENDISSIME AC  
inlyte Princeps, Cum Chronologiæ  
meæ compendium, quod anno præter  
ito Cel. T. submisſe dedicavi, tanto  
pere expetitum sit, ut ex M DC. ex-  
emplaribus vix unicum reliquum fuerit, ad cuius ex-  
emplum alia de novo imprimerentur: Placuit mihi il-  
lam denuò sub incudem revocare: quam etiam nunc ma-  
gna accessione auētam, additis etiam in Tabula Geo-  
graphica Gradibus Longitudinis & Latitudinis loco-  
rum, sub Cel. T. patrocinio, uti par est, in lucem emit-  
to; hac spe & fiducia, Cel. T. magis humilem & obſe-  
quentem meam voluntatem, quam opus ipsum, quod  
per ſe tenue eſt, respecturam, & ſolita clementia rece-  
pturam. Atq; hiſce me humili obsequio, Cel. T. ſimul  
cum opuſculo hoc meo, commendo,

C. T.

Subiectis, ac deditis.

Levinus Hulſius  
Gandensis.



## BENEVOLO LECTORI S.

**S**CIENDVM TIBI EST, AMICE LECTOR,  
Partes extremitatum hujus Chartæ Topographicae, quas  
in omnibus lateribus distinctas esse vides, appellari Gra-  
dus: & totam circuli terrestris circumferentiam in ta-  
les 360. dividi solere. Ex illis autem, qui in superiore parte seu ver-  
sus Septentrionem: & in inferiore parte versus meridiem, in extermi-  
tate Chartæ conspicuntur, numerando à XXXIV. usq; ad LXV.  
appellantur Gradus AEquatoris, aut longitudinis: qui verò ad dex-  
tram & sinistram versus orientem & occidentem annotati sunt,  
numerando sursum à XLV. usq; ad LI. vocantur gradus latitu-  
dinis Borealis: & indicant, quantum quaç; urbs in septentrionem ab  
AEquatore distet, aut quot gradus elevatus sit polus in qualibet re-  
gione.

Porro singuli gradus, tam longitudinis quam latitudinis divisi  
sunt in decem particulæ, vulgo minuta dictas, quæ singula in alia 6.  
minuta subdividuntur: Ut ita singuli gradus contineant 60. minu-  
ta. Cognito itaq; gradu & minutis longitudinis aut latitudinis ali-  
cujus urbis, ex tabula ad id peculiariter parata: facile & promptum  
est videre ubi locorum ea in hac Charta sita sit. In quo ut rem melius  
intelligas, imitare hoc exemplum: Si munitissimum illud Turcarum  
castrum Zolnoch dictum, in nostra charta querere velis, sciendum  
tibi est, illud situm esse sub 42. gradu, 42. minutis longitudinis, quæ  
in superiore & inferiore parte chartæ quæres, & ab una parte ad alte-  
ram, dictis locis, filum extendes. Rursus sciendum tibi est, predi-  
ctum munimentum habere latitudinem 47. grad. & 12. minut. Iam  
extenso similiter filo alio, à dextra ad sinistram sub ipsa filorum in-  
tersectione per crucem reperies quasitum castrum, aut urbem. Si-  
mili modo omnes aliae urbes, aut loca querenda sunt. Ego autem in  
hunc usum (pro illis qui hoc nomine aliquid expendere volunt) regu-  
lam, gradibus longitudinis distinctam conseci, que apud me cuivis ex  
ere

ere aut ligno confecta venalis est: qua solummodo ad gradus longitudinis applicata, & gradibus latitudinis in ipsa regula questis, facile quavis loca, sub indicato gradu regula est invenire.

### Marchionatus Anconitani pars. Cap.I.

PARS Marchionatus Anconitani in Italia, qua in hac charta prorsus ad meridiem sita est, à gradu 36. usq; ad gradum 37. & 18. minut. longitudinis, confinem habet versus occidentem Romaniam, à qua tamen fluvio vulgariter Foglia dicto, distinguitur: versus septentrionem autem mare Adriaticum, aut sinum Venetum, ubi sit e sunt urbes Pesaro, Seneg, Rocca, Castellum Fano, & Metropolis Ancona: versus orientem autem est Promontorium Cimmerium, Mons Ancone, Siroolum & Osmum: versus meridiem autem munitissimum castellum Fabrianum. Nomen Marchionatus Anconitanus sortita est hac regio à Longobardis.

Et est ea quidem subjecta Papa, complectitur tamen in se Ducatum Vrbinum. Regio ipsa per se est dives omnis generis frumento & vino, multaq; habet oppida & castella. Incolæ sunt viri fortes pleriq; & bellatores, & majori ex parte Agricultura, non autem mercatu aut negotiationibus se sustentant: siquidem fluvium nullum navigabilem habent.

Ancona Metropolis, adificata estur à Syracusanis Tyrannidem Dionysii ex Sicilia fugientibus: commodissimum habet Portum rotius Italiae, quem Imp. Trajanus adificari curavit: Ut ex hac inscriptione supra Portam ibi videre est: IMP. CÆS. D. NERVÆ TRAIANO OPT. AVG. &c. S. P. Q. R. QVOD ACCESSVM ITALIÆ, HOC ETIAM ADDITO EX PECVNIA SVA PORTVM TVTIOREM NAVIGANT: REDDIDERIT. Magna ibi negotiatio vini, frumenti, & aliarum rerum. Ibidem quoq; Papa Clemens VII. fortissimum Castellum adificavit, in quo hodieq; Legatus Pontificum habitare solet.

Sedes est iste locus Archiepiscopi, qui Episcopum Vrbinensem, Pesarensem, Fanensem, Senegalensem, & alios sub se habet.

Anno

Anno Christi 1149. Anconitani difficile bellum cum Venetis  
gesserunt, qui viribus præpollebant: sed id Anno 1151. compositum  
est.

Oppidum Osnum est locus antiquissimus, ut ex monumentis  
antiquitatis, quæ ibi quotidie eruuntur, conjici potest.

In Promontorio Cimero existimatur fuisse celebre illud & an-  
tiquum templum Veneris.

Rocca, Arx est munitissima, ad Anconitanos spectans.

Fano urbs est etiam Papa, & omnis generis munimentis for-  
tissima, ibiq; Arcus triumphalis conspicitur.

Fabrianum est unum ex quatuor celeberrimis fortalitiis totius  
Italiae, & Papa subjectum est: ut scribit Frater Leander.

## Ducatus Vrbini pars. Cap. II.

Vrbinum à Papa Sixto, Anno 1476. factum est Ducatus.  
Vrbs hujus nominis sita est in colle, estq; munitissima simul, opulenta  
ac antiqua: nam Plinius & Tacitus ejus meminerunt.

Pesaro & Senegaglia, ambo oppida maritima, ad hunc Du-  
catum etiam pertinent: Pesaro situm est ad ostium fluvij Foglia, quem  
aliq; Pisana vocant: est quidem urbs satis pulchra, magnificis edifi-  
cijs & palatiis ornata, & ob negotiationes celebri, sed ob aërem  
insalubrem infamis.

## Romaniae pars. Cap. III.

Pars Romanie quæ nostra charta comprehensa est, fines habet,  
versus orientem quidem Ducatum Vrbinum: versus Septentrionem  
autem Mare Adriaticum: versus occidentem Ducatum Ferrarien-  
sem: & versus meridiem montem Appenninum.

Romania olim dicta fuit Gallia Flaminia, ejusq; Ravenna fuit  
metropolis: nomen vero Romania sortita esse fertur, cum Pipinus  
& Carolus Magnus hanc terram Papæ donarent, ac ipsi hoc nomen  
tribuerent.

3

Juxta Mare situm est oppidum Catholica, non procul ab eo loco,  
ab fluviis Concesse in Mare exonerat: Ibiq; vetus urbs Conces-  
sionem sita fuit: quae fluctibus maris obruta & submersa est: Ejus  
surrium culmina ante paucos annos Mari tranquillo & humili ex-  
istente, visisunt.

Post illud est antiqua urbs Rimanum, in quam, utpote splendi-  
dis edificiis ornatam, Imp. Augustus, recolligendi animi gratia  
sese conserre solitus fuit. De qua restat adhuc hodie pars satis elegans,  
& Arcus triumphalis: in quo haec inscriptio legitur: IMP. CAES.  
DIVI IVL. F. AVG. PONT. MAX. COS. XIII. IMP.  
XX. TRIB. POTEST. XXXVII. P.P.

Cerviūn oppidum ibi loci situm est ubi fluvius Pisatellus mare  
influit. Anno 1440. à Venetis capta est: hodie autem Papa paret:  
Aerem habet in salubrem. Multum autem ibi salis coquitur.

Cesena, olim Fulcia Curva dicta, in fundo fertili jacet: estq; una  
ex elegantioribus Romanie urbibus. Iuxta illā quoq; generosum vi-  
num provenit.

Sarsina patria est Plauti.

Figarolum ad fluvium Pisatellum situm, olim Forlinum Popu-  
li dictum fuit: aliquoties devastatum est, hodieq; tenuis ac viles  
est locus.

Ravenna est sedes Archiepiscopi: fuitq; olim caput & metro-  
polis totius regionis, cui Bononia, Imola & aliae plures insignes ur-  
bes subjectae fuerunt: sita est in terra palustri. Anno 1440. capta  
est à Venetis: & Anno 1512. à Gallis subito oppressa & direpta.

Faenza & fluvium Zamon, à Ludovico XII. Galliarum Rege  
Anno 1509. Venetis ademta & Papa tributa est.

Bononia, magna & opulenta urbs, in qua ultra octoginta mil-  
lia hominum vivunt, magnificis palatiis, & splendidis templis or-  
nata est. Academiam quoq; celebrem habet, ab Imp. Theodosio  
fundatam: quamvis nonnulli fundationem illam rectius Carolo  
Magno tribuant. Anno 1420. sese haec urbs in universum Papæ  
subjecit. Anno 1595. multa memorabilia in ea observavi: sed ea

<sup>4</sup> hic referre nimis longum foret. Iuxta urbem præterlabitur fluvius Reno, qui in montibus Appennini oritur.

Comachium, ad paludem quondam situm, à Venetis Anno 881. captum & exstum est: quod idem etiam paulo post, Anno 951. ipse contigit.

Bertonoro proprius est montibus, ibiq; sedes Episcopalis, qua olim Figarolierat.

### Ferrariensis Ducatus pars. Cap. IIII.

Ferraria metropolis jacet sub 34. gradu longitudinis, & 43. grad. 52. minut. latitud. ad fluvium Padum: Fertur jam olim Papa à Comitissa Mathilda in Testamento legata. Sed penes illustrem & nobilem familiam Estensem ferè per sexcentos annos fuit, Borzo, qui mortuus est Anno 1471. primus Dux Ferrarie fuisse fertur. Ferraria crudum habet aërem, propterea quoddam palustri, uberi tamen in solo sita est. Egregiis & splendidis Palatiis & aliis edificiis est ornata: populoſa: magnaq; ibi est negotiatio.

Anno 1569. die 15. Novembris, horribilis terrae motus Ferraria fuit, qui intra 40. horas urbem centies quadrages quassavit, adeo, ut multæ splendidae domus, Templæ & duodecim cœnobia conciderint, & homines plurimos ruina sua oppresserint: unde factum ut urbs ab omnibus suis incolis desereretur: Nam & ipse Princeps extra urbem sub tentoriis vivebat. In Insula Padi hodie magnificum conspicitur Palatum, vulgo Belvedere dictum.

### Territorii Venetorum pars. Cap. V.

Cum Attila Hunnorum Rex Aquileiam caperet, & totam illam terram miserabiliter devastaret, Anno Christi 421. multæ nova urbes in Insulis cōdi capta sunt, ubi ab ejusmodi hostilibus incursionibus iutiores fore judicabatur: Nempe in Insula Grado, ubi sedes fuit Patriarchæ, qui anno 1498. Venetias translatus est: Prætereā in insulis Cahorle, Tercello, Buran, Muran, Rialto, Heracleâ, Chioza, Castello, Olivolo, Malomoco, & aliis. Heracleâ autem devastatā Anno 520. ex ejus ruinis Venetia adificari cœperunt: que vtrs tanto-

santopere crevit, ut hodie omnes urbes totius orbis Christiani, imd  
totius mundi, potentia imperio & opibus supereret.

Vndiquaq; autem Mari salso circumdatur & alluitur, & uno  
plus minus miliari à terra firma abest. Quinque habet Portus.  
LXX. Parochias, & totidem templ: X XXI. Cænobia virorum &  
XXIX. Cænobia virginum. Ex multis constat insulis, quæ qua-  
dringentis quinquaginta pontibus lapideis, aut eo pluribus conjun-  
guntur. Plures ibi sunt Canales aut rivi quam platee: Semperq;  
plus quam decem millia parvorum navigiorum, pro omnium commu-  
ni usū parata sunt: ea vernacula voce Gundeolas appellant.

Mare Adriaticum hodie Sinus Venetus dicitur: Nam mare il-  
lud tam tutum & liberum præstant Veneti, ut nullam omnino arma-  
tam aut bellicam navem, eō venire permittant.

Padua antiquissima, pulcherrima, & munitissima urbs, in qua  
celebris est Academia: de qua, ut & de Antiquitatibus quas ibi di-  
ligenter observavi, multa dicere possem, quæ lubens pretereo. Pareat  
autem Venetis.

Territorium Venetorum in hac Charta confine est Ducatus  
Ferrariensi, versus meridiem: versus septentrionem autem possident  
Marchiam Tervisanam & Forum Iulii, usq; ad Clausam, seu Pylas,  
& Pontafellam, quæ ex dimidia parte Venetorum, ex altera dimidia  
parte Carinthiorum est, & à Goritia separatur fluvio Lizonza: Pau-  
lo magis versus orientem habent Histriam, quæ peninsula est.

Item Insulam Cherso, Vegia, Arbe, Pago, totam item Dalmati-  
am, prope Ragusam usq;.

### Tarvisianæ Marchiæ pars. Cap. VI.

Tarvisiana Marchia nomen suum etiam à Longobardis sorti-  
ta est.

Anno 1330. vi armorum redacta est sub potestatem Vene-  
torum.

Anno 1356. Tarvisum Metropolis ab Vngeris, sed frustra, ob-  
sessa est: anno 1380. tamen Venetis adempta, sed anno 1388. ab ipsis  
recuperata est.

## Forum Iulii. Cap. VII.

Forum Iulii, vulgo Friol dictum, Venetis quoq; paret, & sic ut quidam putant, appellatur, quod Iulius Cesar, primus Imp. Rom. ibi septus habitare solitus fuerit, & ibi Castellum Iulii, hodie Citta d' Austria, vulgo Cividal, dictum, edificaverit.

Versus meridiem confinem habet Marchiam Tarvisianam; à qua Livenza fluvio solum distinguitur & mari Adriatico: versus ortum, alluitur fluvio Lisonza, & altissimis montibus cingitur: Aquilonem versus summa & altissima sunt Alpium cacumina, huc tractū à Veneti: domin: & Carinthia separatia, ppe Pontafellā. Atj. ita montibus non aliter ac muro undiquaq; munitū est: excepto versus Tarvisum. Montes hi divites sunt omnis generis metallis, ferro, st. inno, are, hydrargiro, Argento & Auro: quin & Marmore quoq; candido & nigro, Cristallo & Carniolis. Regio ipsa plana est, & solum fertile habet.

Metropolis est potentissima & opulentissima quondam urbs Aquileia: quæ plurium Romanorum Imp. sedes fuit, & altera Roma dicta est. Circuitus ejus continebat XII. millia passuum, hoc est, III. Millaria Germanica: & habuit interdum ad CXXX. millia Ci- vium.

Patriarchæ Aquileienses possederunt Ducatum Forum Iuliensem simul & Marchiam Histriensem: potentia autem eorum walde diminuta est, cum Attila anno Christi 421. urbem cepit, & devastavit: Eo enim tempore præcipui ejus incolæ in insulam Grado confugerunt, & ibi civitatem condiderunt, in qua postea Patriarcha quoq; habitavit, quæ propterea Aquileia nova appellata est.

Circiter annum 1420. Respublica Veneta hanc regionem sub potestatem suam redegerunt, & ab eo tempore Patriarchæ pendunt annuos 300. Ducatos. Ipse tamen sub sua jurisdictione retinet Aquileiam, S. Danielis, & S. Viti oppida.

Tribus milliaribus, plus minus, ab Aquileia versus septentrionem, Venci munitissimam urbem, Palmam nomine, Anno 1593. condere cœperunt: cuius postea suo loco faciemus mentionem.

Ab anno 1472. usq; ad Annum 1499. Turca quater in Ducatum hunc impressionem fecit, sed semper à Veneris profligatus est.

Patriarchæ Aquileiensis sequentes Episcopi subjecti sunt, Episcopus Pataviensis, Tarvisinus, Concordiae, Polanus, Paxenzinus, Triestinus, Histriensis seu Iustinopolitanus, Vdenensis, &c.

### Marchionatus Histriensis, Cap. VIII,

Marchionatus hic suum proprium & peculiarem Marchionem olim habuit, Patriarchæ Aquileiensi subjectum, sed hodie Venetorum Reipublicæ paret.

Quidam opinantur Histriam dictam esse ab Istro seu Danubio fluvio: Veteres enim existimarent Danubium hic in mare Adriaticum sese exonerare, propterea quod Argonautæ, cum aureum Vellos in Colchide nacti essent, & Medeam Regis Oeta filiam rapuissent, non per Bosporum Thracicum, seu angustum mare prope Constantinopolim, (quod rex custodibus munierat) ex ponto Euxino venisse legantur: & Rex ipse per Histrum aut Danubium, & fluvium Savam ipsos persecutus sit: ut ita ministri ejus in has usq; retras pervernerint, ibi, sedem fixerint. Alii existimant Histriam hoc nomen accepisse ab Istro Prefetto, seu Capitaneo quodam. Regio hac Penninsila est, nam tribus in locis Mari Adriatico alluitur.

Quidam hos ejus fines faciunt: Occidentem versus fluvium Risanum, olim Formionem dictum, qui juxta Capo d' Histria in mare se exonerat: Versus meridiem mare Adriaticum: fluvium Arsi, ubi Italia terminatur, versus orientem: & Montes Venæ versus Aquilonem

Anno 932. Guntherus Marchio Histria trans actione Venetiis reconciliatus, & in gratiam receptus est.

Metropolis est Capo d' Histria, sita in Insula, qua per tres saltus tractus arcus à Continente abest: olim AEGIDA à Colchicis persecutoribus Argonautarum dicta est: Latine Iustinopolis dicitur ab Imp. Iustino, de quo hodieq; inscriptio hæc in marmore quodam legitur. D. N. Cesar Iustinus P. Sal. Pius, Fælix Victor ac Trium-

8  
phator, Semper Aug. Max. Fran. Max. Goth. Max. Vandalic.  
Max. Cos. IIII. Trib. VII. Imp. V. Conspicuum hanc AEgidis Insulam  
intima maris Adriatici commodiss. interjectam, Veneranda Palladis  
sacrarium quondam, & Colchidum Argonautarum persecutorum  
quietem, ob gloriam propagandam Imp. S. C. in urbem sui nominis  
excellentiss. nuncupandam honestiss. P. P. P. designavit & funda-  
vit C. R. F. Q. & gente honestiss. refertam.

Anno 1420. Urbs hac in potestatem Venetorum redacta est. di-  
ves est oleo, vino, & sale.

Isola, olim Halieto dicta, munitissima est arx, in Insula sita.  
Airan vicus est, prope quem multæ sunt Salina, seu tuguria salina-  
ria. Postea sequuntur urbes Humago, uno miliari Italico à fluvio  
Quieto distans: qui olim Labathus, à Plinio Neuportus, à Dalma-  
tiis Lubiana dictus est: per hunc fluvium, sunt qui existiment, na-  
vem Argo ex Danubio in mare Adriaticum deductam esse: in qua  
opinione quoq; sicut Papa Pius II. Inde per venitum Parenzum, Rui-  
gnum, Polam, ubi adhuc hodie Amphitheatrum vetus conspicitur.

Non procul inde est Insula Brione, in qua mamora per totam Ita-  
liæ celebria effodiuntur: ibi quoq; est Veruda, Medolinu, & fluvius Arsa.

Dalmatia Illyrici partem complectens versus occidentem habet  
Histriam, versus meridiem mare Adriaticum, & multis Insulas: ver-  
sus orientem Bosniam: versus Aquilonem Croatiam. Omnes urbes  
maritima Venetiæ sunt subjectæ, exceptis Zeng & S. Vito.

Incola omni tempore fortes fuerunt bellatores, & peritissimi  
naute, sed ad prædandum proni, ut Thevetus ait.

Circa annum Christi 418. Attila devastavit urbem Tragari-  
um, hodie Travâ dictâ: Romanis olim ppser marmora, ut Bonfinius  
scribit, notam: Vastavit etiam urbem Scardanum in fronte Dalma-  
tia: Simulq; solo penitus aquavit magnificentissimam Romanorum  
Urbem Salonam, ex cuius ruinis oppidum Spalatum, tribus milia-  
ribus inde situm, adificatum fertur. Iadram quoq; que hodie Zara  
est, licet incola deditonem fecerant, nihilominus diripuit & ever-  
sit: ex Italia autem nova colonia eo deductæ sunt, que urbem istam  
restituere cœperunt: que ut olim, ita & hodie semper suis Metropolis

Dalmatia

Dalmatia, & Liburnia, & liberam Remp. habuit. Sitae est in Peninsula. mare enim ab omnibus fere partibus eam ambit, praterquam versus ortum, ubi altissimus mœniis, Propugnaculis, & porta, cum tribus Turribus, & Cataracta munita est. Circa annum autem plus minus 1000. à Petro Orseola II. Duce Venetorum, in eorundem potestatem redacta est: & quamvis ab eo tempore sapius à Venetis desciverint, semper tamen ab ipsis victi sunt. Dux iste Petrus cepit quoque Insulam Belgradum, quam ego Gradum esse existimo, & Tragurium hodie Travam dictam: ac Insulam Lezine: Proverbium ejus seu symbolum erat: Subjugo Dalmatiam communis commoditate.

Anno 1043. Zara à Rege Vngaria Salomone Venetis adempta est, sed à Contareno Duce Venetorum recuperata.

Anno 1090. imperavit Vitalis Valerius, Dux Venetus ab Imp. Constantinopolitano Ducatum Dalmatiae & Croatiae, atq. ita primus fuit, qui hoc titulo usus est.

Anno 1116. Zara à Venetis defecit, sed à Duce Ordelaffo Falicre recuperata est.

Anno 1119. Dominicus Michael Dux Venetus cepit urbes, Sebenicum, Travam, Spalatam, sed in earum oppugnatione occubuit.

Anno 1125. Calomanus auxilio Hungarorum expugnavi Zaram, Spalatum & Travam, sed rursus amisit.

Anno 1151. facta est urbs Spalatum sedes Archiepiscopi, sub cuius inspectione sunt Drava, Tina, sardona, Nona, Almisa, & sebemicum

Anno 1158. Zarenses iterū ad Regē Hungaria defecerūt, sed recuperatis sunt. Anno 1170, Emanuel Imp. Constantinopolitanus Ragusam, Travā, & Spalarū occupavit, & Venetus multas merces prædatusest; Veneti intra cētū dies cētū Triremes parabāt, et omnia recuperabāt.

Anno 1201. Zara quartū à Venetis capta & penitus eversa est.

Anno 1240. Cū Zarenses denuo defecissent, Dux Iacobus Thiepolus eos subjugavit, ut inscriptio, seu symbolum ejus monet:

Armis recupero Iadram legesq; reformato.

Hoc iterum factū est Anno 1312, tempore Ducis Marini Georgii, ut hac inscriptio habet: Tempore meo rex Iadram & rebellantem purgavi. Anno 1312, Dux Iohannes Soranzo cepit Travam, Spalatrum & Sebenicum, juxta hanc inscriptionem: Tragurium

*Spalatrum & Sebenicum sub juga mitto.* Anno 1354. cùm Rex Hungariae occupasset, mox receperunt, ut & Anno 1408.

Anno 1416. Dalmatia rursus bellum habuit, ut ex hoc symbo-  
lo Thoma Mancinigi videre est: Hungaros bello domui, Turcarum  
claram delevi: Pyratas ubique fugavi.

*Imperio nostro Tragurium, Spalatrum, Catharum, Feltrum Ce-  
setamque adjunxi.*

Anno 1424. *Insula Lepinaque, & Dominus ejus Aliotta Caopen-  
na, bona cum voluntate Venetorum Imperio se subjecit.*

Anno 1480. *Venetorum ditioni adiecta est Insula Vogia, Co-  
mite Iohanne Schinchinello, qui alias Frangipanus dictus, eam Ve-  
netis cedente.*

Anno 1539. *Veneti ingens gesserunt bellum in Dalmatia ad-  
versus Turcam. Insula Arbe subjecta est urbi Zarense, ut & Sebeni-  
cum, Spalatrum & Trava. Legatus sive praefectus Venetus cum Ca-  
pitaneis Zarae in arce habitare solet: qui omnes quovis triennio mu-  
tantur.*

*Bonum habet portum, & instructum armamentarium, in quo  
multa et riremes, & alia naues in quosvis usus paratae sunt. Incolae be-  
voli sunt erga peregrinos: sunt qui mediocribus divitis prediti, & ma-  
negnam exercent negotiationem.*

*ZaraVegia, est Zara sive ladra vetus, sitaque est versus ortum;  
hodie tantum arx est in solo plano & fertili sita.*

*Laurana Vrbs in magno lacu sita est, qui ejusdem est nominis.*

*Sebenicum Vrbs sepius à Ven. tis capta & eversa est, quibus et-  
iam adhuc hodie paret: edificata est in longitudinem ad littus ma-  
ris: arcem habet in monte sitam, qua tota illa regio quodammodo  
domatur. Ibi pulcherrimus & capacissimus est portus totius Dal-  
matiae, in cuius ingressu duo sunt fortalitia, opibus & copiis bene  
munita. Nulla navis praternavigare audet, quin velum de-  
mittat.*

*Anno 1561. Vrbs Sebenicum à Turcis graviter afficta est.*

*Anno 1596. Mense Aprili Turcicus Vice sangjacho, munitissi-*

*mam*

mam Areem Clissam, quæ in altissimo hujus regionis monte sita est, Huskoki dedidit, quā etiam auxilio Zengarenium usq; ad mensē Iunium tenuerunt: Quamvis autem Papa opibus & copiis subvenit, certis tamen conditionibus arcem Turci restituuerunt.

## Archiepiscopatus Salisburgensis. Cap. X.

Archiepiscopatus Salisburgensis terminatur versus meridiem Austria & Stiria; versus Ortum Carinthia: versus occidentem & septentrionem Bojoaria & Austria.

Sanctus Rupertus, Episcopus VVormatiensis, ex familia Regum Galliae oriundus, cū circa annum 540. Theodonem Ducem Bojoaria, ad fidem Christi convertisset, & baptizasset, multa postea templa & monasteria fundavit, & inter cetera ex ruinis Iuvaviae Templum Cathedrale Salisburgi edificavit, & Episcopatui 44 annis præfuit: mortuusq; est anno 525.

Vrbis Iuvavia meminit Antonius in Itinerario suo, ex quo conjici potest, vetustissimam eam fuisse urbem. Salzana-navigabilis fluvius urbem perluit, quæ intra altissimos ex utraq; parte montes ita aedificata est, ut in suburbio multæ sint aedes in excavatis rupibus constructæ ut nullis tectis indigeant. Egregium est ibi Cathedrale templum, in quo hodiernus Archiepiscopus VVolfgangus Theodericus, ex nobili familia Rotenauerorum oriundus, pulcherrimam Capellam construi & ornari curavit. In cœmiterio S. Sebastiani sepultus est celeberrimus Medicus Theophrastus Paracelsus, hoc Epitaphio: Conditur hic Philippus Theophrastus insignis Medicine Doctor, qui dira illa vulnera Lepram, podagram, Hydropem, aliaq; insanabilia corporis contagia mirifica arte sustulit: ac bona sua in pauperes distribuenda collecandaq; legavit. Anno M. D. XXXXI. Die XXIIII. Septembr. Vitam cum morte mutavit.

Regio hæc ex omnibus totius Germaniaæ provinciis metallis ditissima est: Auro quod ex monte Castain magna copia eruitur, & apud sancti Michaëlis (ut ipse vidi) molendinis fluvi-alibus eluitur, & Salisburgum mittitur, ibiq; insignib. Archi-episcopi percutitur. Argento quoq; ære, ferro, vitriolo, sulphure, alumine, antimonio, & marmoribus abundat. Exacto hoc anno 1596. ipso die Pentecostes, stylo Gregoriano, vicus Castrini medio die penitus exustus est, quo incendio tota regio ingens damnum accepit: magna enim ibi erat copia frumenti, Vini, Butyri, Olei, & caseorum, sevi item & Carnis pro metallicidis. Puer quidam sclopeto parvo ex canali clavis confecto incendio huic causam præbuisse dicitur. Plenissima & omnimoda Iurisdictio & potestas est penes Archiepiscopum: Cui subjecti sunt alii XIIII. Episcopi, ex quibus solus Passaviensis in hac Charta topographicare peritur.

Reichenhali & Hella maxima copia Salis coquitur, ex quo ingenitem annum redditum Archiepiscopus capit. Tribus milliariis à Salisburgo, versus meridiem, situm est Bertholsgadium (que peculiaris est Præpositura) ubi ab artificibus quibusdam, ex ligno per tornum mirandæ res conficiuntur.

Non procul à Bertholsgaden Capella est in meram glaciem incisa, quæ visu dignissima est: sed tempore aestivo accedenda, in hyeme enim propter nives est inaccessibilis. Anno 1595. horribile ibi fuit incendium, quod totum propè vicum una cum arce absunxit.

### Boiariae pars. Cap. XI.

Boiariae Inferioris pars, quæ in hac Charta visitur, à Ratispona Pataviam usq; ad Danubium fluvium, fertiliissima est regio fru-

gio frumenti, sed parum tamen vini generat. Patavia à Bavaria ita dicta, & ad confluentem Oeni & Danubii sita, in ripa Danubii per oblongum condita est, ita ut dimidium ferè miliares contineat, sed exigue latitudinis.

Regio hac multis est irrigua fluminibus, nempe Oeno, Vil-  
sa, Isara, & aliis, qua omnia sese in Danubium exonerant.

Ratispona, Germanice Regenspurgum dicta à fluvio Re-  
gen, in Bohemia sylvis oriundo, ad Danubium sita est, in prin-  
cipio hujus Chartæ est civitas Imperialis, quamvis olim Regum  
& Ducum Bojariae sedes fuerit.

Anno 1115. Pons lapideus XXIIII. arcuum fortissimus,  
qui adhuc hodie visitur, edificatus est.

Episcopatus à Carolo magno fundatus est.

Anno 1576. & 1594. celebrata sunt ibi Comitia Imperii.

Quoniam autem nonnullis descriptio Itineris Ratisbonæ  
Venetas usq[ue] aliquid utilitatis afferet, opera petium me factu-  
rum putavi, si iter hoc, licet non valde operosum; paucis descri-  
berem.

Igitur Ratisbona Gittingam sunt 3 miliaria; hinc Nea-  
goram 3. mil. inde Verham ad Isaram fluvinm sunt 3. mil.  
cum dimidio: hinc Erdingam 3. mil. rursus 2. mil. Otingam,  
quod elegans est oppidum: à quo per quadrantem unius milia-  
ris est Otinga vetus: quo loco pulcherrimum est templum:  
Ibiq[ue] Dux Bajoarie splendidum adfiscium pro schola & templo  
clericorum societati IE SV exstruere cœpit. Hinc petitur  
Ditmaninga, quod elegans est oppidum ad Salzam fluviū si-  
tum & Episcopo Salisburgenſi ſubiectum: Aut etiā Otinga peti  
potest Burchusium ad Salzam. Ibi magnifica & munitif-  
fima est Arx in altissimo monte ditionis Bajoarica: ſunt  
autem Otinga ad hunc locum duo mil. Ditmaninga

Salisburgum 5. sunt mil. aut Burchusio Lauffam 3. mil. & inde  
 Salisburgum 3. mil. Hinc Hellā oppidum in quo magna copia sa-  
 lis coquitur, 2. mil. Göllingam pagum 2. mil. VVerffam pagum  
 2. mil. Hic arx est in monte ditionis Salisburgensis. Intra  
 Göllingam & VVerffam Ioh. Jacobus Archiepiscopus Salisbur-  
 gensis Viam p altissimas rupes ad Salzam aperuit, Anno 1572.  
 ut insignia ejus in rupe incisa indicio sunt. VVerffa Hüttam  
 2. sunt mil. Hoc loco templum tantum est & diversorium. In-  
 de petitur Ratstatum, quod elegans est oppidum, intra montes  
 situm. In hac valle oritur fluvius Anisus, qui ad urbem Ani-  
 sum sese in Danubium exonerat. Ratstati vidi comitum  
 Schernbergicorum sepulchra. Inde usq; ad montes unum est  
 mil. Ibi autem nullum est diversorium, donec in summitatem  
 montis Tauri, qui altissimus, & perpetuis nivibus tectus est,  
 perveneris: Est autem ibi nihil praeter unicum diversorium &  
 molendinum: Supedit tamen ibi quod expedit. Duobus magnis  
 miliaribus inde est parvum templum ad S. Petrum dictum, in  
 quo illi qui frigore & paupertate hisce in locis mortui sunt, sepeli-  
 untur. Ego libenter templum illud visitasse, nisi penè rotum  
 nivibus tectum fuisset. Inde descensus est de monte ad pagum  
 quendam per unum mil. à quo ad vicum Mauterndorff rursus  
 1. mil. & rursus ad vicum S. Michaëlis in radice montis felini,  
 ubi fons est Muræ fluvii, 1. mil. Deinceps transcendus est mons  
 felinus Reinbachum usq; pagum per 1. mil. Atq; hic termina-  
 tur territorium Salisburgense. Reinbachio Kremsbruccum;  
 pagina est Carinthia: mil. 1. Atq; hic portorium sive veetigal  
 Imperatori solvitur. Notandum hic est, homines in locis his  
 montanis habitantes magnas plerosq; in collo strumas habere:  
 cuius rei causam aquæ quam bibere solent tribuunt. Inde Ge-  
 mundam oppidum unum est miliare: Inde ad oppidum Hospi-  
 sale dictum, & ad Dravum situm, in quo Comites Ortenbur-  
     gici

75

gici habitavit, & egregium ibi Palatum habent, 2. sunt mil.  
Rursus ad vicum Sancti Patronis dictum, ad Dravum situm,  
mil. 2. Villacum, oppidum egregium beneq; edificatum,  
(de quo plura in Carinthia) mil. 2. Hinc Arnolstenum, quod  
cænobium est in monte, & juxta illud pagus ditionis Episcopi  
Bambergensis, mil. 2. Dimidio miliari ab hoc loco aliud est  
cænobium Monachorum, adificiis quidem splendidum, sed à  
Monachis desertum, propterea quod redditus nullos habeat, ut  
mihi dicebatur. Hinc Terlam pagum, mil. 1. Ad vicum Ter-  
vius minorem, ditionis Episcopi Bambergensis, mil. unum. Mal-  
bergettum, pagum, mil. 1. Duplicatam Ecclesiam pagum mil. 1.  
Pontafellam miliare dimidium: quod oppidum ex dimidiapar-  
te Imperatoris, ex altera Venetoruū est: & fluvio Fella distin-  
guitur. Hoc in loco pleriq; in Italiam iter facturi fidem sanitatię  
accipiunt, hoc est, literas testimoniales, quibus doceant se ex lo-  
cis minimè contagiosis venire.

## Sequitur Territorium Venetorum.

A proximè norato loco usq; ad Clausam, seu Pylas, est se-  
quimiliare. Est autem vicus ad angustum montium situs,  
qui facile & in momento inviis fieri potest, propter altissimos  
& horribiles montes, quibus cingitur. Et propterea Veneti  
ibi perpetuum praesidium alunt. In introitu est antiqua porta,  
cui Venetorum Leo seu S. Marcus incisus est, cum inscriptione  
aurearum literarum: Castrum combustum Anno 1587. & re-  
stauratum &c.

Hinc Velacum, qui locus Italis Resola dicitur, ac pagus  
rantum est, & inde Beisseldorffum, Italis Venzon dictum, ac  
mediocris vicus est, sequimiliare numeratur. Hic omnes  
merces pernotare coguntur antequam ulterius vobantur.

Hinc Gemonam partum est miliare: estq; elegans oppidum in colle situm, magnaq; ibi negotiatio variarum mercium, qua Salisburgo in Italiam, & inde Salisburgam vehuntur. Fere omnes enim merces ad has duas urbes hinc inde onerariis Equis portantur, propter altissimos montes, qui plaustris inviis sunt. Gemonam autem Pont Gruaram plaustris rursus vehuntur: Ibi enim terminus est montium. Non procul ab hoc loco est antiqua arx, propè collapsa, in qua Patriarche Aquileienses, ut intellexi, habitare soliti sunt. Proximum postea est oppidum S. Danielis, quod satis elegans, & in alto monte situm est, & Patriarche Aquileiensi paret: & 7. miliaribus Italiciis, seu sesquimiliari Germanico distat: Quadrupē autem vicus distat 12. miliaribus Italiciis seu duobus & dimidio Italiciis à Sancti Danielis oppido: à vico Quadrupē deinde sunt 8. miliaria Italica seu sesquimiliari Germanicum.

Si autem in Itinere antiquissimam urbem Vdenam, Germanis VVeida dictam, novum item foralitium Palmam, & celeberrimam sinul & antiquissimam urbē Aquileiam videre velis: iter tidi Gemonā ita dirigendum est: Gemonā Tricesimum usq; qui vicus est, & sesquimiliare: Hinc Vdenam, urbem negotiatoriam & divitiae est itidem sesquimiliare: Urbs pulcherrima est in planicie sita. Incole ejus sunt circiter 1600. In media yrbe est arx in mediocri monte, in qua legatus Venetus habitat. Multa quoq; hic sunt egregia Palatia, inter qua Antonii Marchesii, anno 1589. edificatum, non postremum est. Inde Palmam sunt duo mil. Novum hoc est foralitium, à Venetis Anno 1593. adsciri cæptum ut nummi hujus figura appicta docet. Anno 1594. cum his in locis peregrinarer, circiter 3000. hominum in opere ibi erant. Sita est autem in planicie, & propè rotunda est: novem habet valla seu munimenta, tresq; portas;

portas: in medio parvum est fortalitium ex terra paratum  
duos habens portus & quinq<sup>z</sup>, valla: in eo erant tum temporis  
circiter 300. milites: & 12. tormenta magna: In armamenta-  
rio autem Veneto multa nova tormenta postea vidi, qua eò de-  
stinata sunt.

Palma Aquilejam urbem antiquam, magnam & poten-  
tem, sunt 3. mil. Si de antiquitatibus, & aliis hujus urbis re-  
bus fide dignis scribere vellem: peculiari mihi opus esset libro:  
qui autem talia scire desiderat, legat Candidum.

Inde facile Pontem Gruaram redire est. Est autem op-  
pidum bene exædificatum, magna, ibi mercium transvehen-  
darum copia. Ibi enim omnes merces navibus Venetiam ve-  
hendis imponuntur. Per fluvium Lamese navigari quoq<sup>s</sup> solet  
Concordiam usq<sup>s</sup>, dimidio mil. inde sitam: Hodie vilius est & ab-  
jectus locus, Episcopalis tamen sedes: & olim magna & opulen-  
ta urbs fuisse dicitur. Sed ab Attila eversa est, ut monumen-  
ta antiquitatis, qua fere quotidie ibi eruuntur, indicant. Hinc  
ad portum de Cahorle: qui locus insula in medio mari est, & 4.  
mil. Concordia distat. Oppidum autem hoc ab Incolis urbis Con-  
cordia edificatum dicitur, cum ab Attila devasta<sup>t</sup>a esset, circa  
annum Christi 420. Sunt autem hodierni incole pluriq<sup>s</sup> pisca-  
tores. Versus Golsum seu sinum Veneticum vallis natu-  
ralibus arenariis munitum est: Siq<sup>s</sup> ventus est secun-  
dus, per sinum Veneticum Venetas usq<sup>s</sup> navigatur: sin-  
minus, per effosum Canalem, & fluvium Limensem, usq<sup>s</sup>  
ad fluvium Piave. Ibi egregia, sed penè collapsa arx con-  
spicitur, qua opere mirifico constructa fuit. Attila autem  
eam exvertit, & nostro tempore non habitatur. Sex miliaribus  
a Cahorle non procul à via et Buranum, Item Muranum, ubi  
vitra

vitra Venetica constat: atq; ita Venetias pervenitur: sunt autem hinc miliaria tria.

### Norici pars. Cap. XII.

Parva hac Regio qua ultra Danubium versus Aquilonem jacet, habens versus orientem Bohemiam, pars est Norici, in quo multe egregie urbes sitae sunt.

In hac autem Charta visitur solummodo civitas Egra, qua olim urbs Imperialis fuit, & anno 1270. die 16. Maii incendio funditus conflagravit. Anno 1375. Regibus Bohemiae oppignerata est, quos hodieq; Dominos agnoscit.

Anno 1412. Senatus Egranus Arcem Neuhaus evenerit.

Pfreumbt, ibi Ludovicus Landgravius Leuchtenburgicus, Cas. Maj. Consistorii Aulici Praes, habitat: Item Neoburgum, ad sylvas Bohemiae situm.

### Bohemiae maxima pars. Cap. XIII.

Regnum Bohemiae terminatur versus occidente Norico: versus meridiem Austria: versus ortum Moravia, & Silesia.

Quidam opinantur eam nomen suum à Rege quodam Bohemo sortitam esse.

Eos autem originem suam ducere à Sclavonis, lingua eorum satis indicat, quam secum in hanc terram importarunt. Quanquam enim circumquag; lingua Germanica vernacula, & in usu est: ipsi tamen suam propriam linguam retinent.

Sylva Bohemica cingit totum Regnum non aliter ac murus. Regio satis frigida est, abundat tamen pecoribus, piscibus, avibus, & feris: solum quoq; fertile est hordei & omnis generis frumenti: Crocum quoq; magna copia profert, sed parum vieni, quod tamen subacidum est. Sed cerevisia optima ibi coquitur: populus enim omnis comportionib. crebris delectatur.

Anno

Anno 1086. Vratislaus Dux Bohemiae in Comitiis Imperii Moguntia celebratis ab Imp. Henrico IIII. Rex Bohemia renunciatus est: additaque Regno suo Silesia, Lusatia, & Moravia.

Carolus IIII. Romanorum Imp. & Rex Bohemiae hoc regnum multis rebus & beneficiis auxit, & locupletavit. Nam anno 1360. Episcopatum Pragensem, qui Moguntino subjectus erat, in Archiepiscopatum evexit, & ipsi Episcopatum Litomissensem subjecit. Anno 1370. Academiam Pragae fundavit, que floruit usque ad annum 1408. quo tempore plus quam duo millia studiosorum Germanorum inde Lipsiam commigrarunt.

Regnum hoc ab anno 995 usque ad annum 1596, & gubernationem Augustissimi & Invictissimi imperatoris Rodolphi II. Regis Bohemiae &c. Triginta tres Christianos Duces & Reges habuit.

Metropolis totius Bohemiae est Praga: ibi longissimus & pulcherrimus pons lapideus trans Moldavum fluvium visitur, qui XXIIII. concameratos arcus habet, & majorem, seu veterem civitatem, cum minore, a fluvio separatas conjungit. Nova quoque civitas, qua tertia pars est totius urbis, profundissima fossa a civitate vetere separatur. Potentissima & maxima urbs est, magnificis palatiis & sumptuosis edificiis ornata. Templum Cathedrale Archiepiscopatus, juxta Regalem aulam in monte alto situm est.

Principi totius Regni fluvii sunt Muldavus & Albus, qui piscibus uterque abundant: in primis vero Albus, qui Salmones quoque alit, & reliquos omnes totius Regni fluvios in se recipit.

Fodinas metallicas quoque hoc regnum habet, omnis generis, auro excepto.

Prope Krumlau divites sunt fodinae argentei. Non procul inde jacet urbs Budweis, ad fluvium Malx: quam Ptolemaeus

*Maroboduum appellat : in ea olim tempore Imperatoris Augusti Marobodus, Marcomannorum Rex, Regiam sedem habuisse creditur.*

*Circa annum 1400. floruit in Bohemia Iohannes Husus, qui doctrinam Iohannis VVikleui Angli in Bohemia propagavit magnocum applausu auditorum, qui ingenti copia ipsi adhaerebant. Cum autem ad Concilium Constantieuse citatus proficisceretur, accepto prius ab Imperatore Sigismundo salvo conductu. & doctrinam suam propugnaret: una cum Discipulo suo Hieronymo Pragensi, combustus est: quam rem magni motus in Bohemia fecutis sunt.*

### *Silesiae pars. Cap. XIII.*

*Ducatus Silesia antiquissimis temporibus Regno Polonia subjectus fuit: sed Regibus Bohemia venditus est, qui in secundum ab Imperio Romano id accipit. Quidam opinantur regionem hanc à fluvio Silesio nomen accepisse. Quadi enim has terras olim incoluisse feruntur.*

*Habet autem Ducatus hic in latitudinem iter trium, in longitudinem vero, iter sex dierum: fertilis & exulta terra est: nobiles enim Agricultura valde delectantur. Incola sunt subrubicundi, validi, sanis corporibus: sed crebro & facile inebriantur.*

*Versus occidentem terminatur Bohemia & Moravia, versus meridiem Vngaria, versus ortum Polonia. Sedes Episcopalis initio fundationis fuit Nissa, in urbe ita à fluvio Nissa dicta: sed per Casimirum primum, Regem Polonia Vratislaviam, Metropolin totius Ducatus, Episcopatus translatus est.*

*Non procul ab urbe Nissa flava effoditur terra, qua terra Sigillata aut Silesica appellatur, & iuxta oppidum Goltbergum alba effoditur terra, qua contra quavis Venena praesers remedium esse dicitur, non minus ac Turcica Terra Lemnia Incola-*

Incolarum lingua maxima ex parte est Germanica, quam  
vix in finibus Polonia etiam Polonicè loquantur. Rex Bohemia  
Legatum suum Vratislavia habet. Cincta est hac terra ab omni-  
bus ferè partibus montibus & sylvis, & multis rigatur flumi-  
nibus, inter quæ Odera & Nisa sunt precipui, qui terram valde  
fructuosam reddunt.

Incola ad plurimum cerevisiam bibunt, quam vix ex Mo-  
ravia & Vngaria etim vinum importetur: quin & ad urbem  
Crosnam vinum provenit.

Omnia ad victimum necessaria vilioris sunt pretii, quam  
in regionibus finitimis.

Vratislavia ad fluvium Oderam (qui in hoc ducatu fontes  
suos habet) sita, est Metropolis totius Ducatus: Elegans &  
magna urbs est, ob splendida & pulchra edificia, mundas plateas,  
& Politiam, cum florentissimis totius Germania urbibus com-  
paranda. In ea jam olim Academia fundata, & celebris merca-  
tus institutus esset, ni Reges Polonia id prohibuissent.

### Moravia. Cap. XV.

In Moravia putant nonnulli olim Marcomannos habi-  
sse: fuitq; quondam Regnum sub se comprehendens Du-  
catus Bohemia & Polonia. Terminatur versus ortum, Polonia  
& Vngaria: versus meridiem Austria: magu tamen versus oc-  
cidentem est Bohemia, & versus septentrionem Silesia. Con-  
net in longitudine & latitudine sedecim ferè miliaria: Estq; flu-  
vius multis irrigua: inter quos pricipuus est Moravus: qui totis  
regioni nomen dedit; ad eum sita est urbs Olmunza, sedes Epi-  
scopalis.

Brinna Metropolis est, admodum opulenta, sitaq; est in  
fundo fertili, unde frumento abundat. Plebs partim Germa-  
nicè, partim Bohemicè loquitur, plus tamen Bohemicè. Nobiles  
pleriq; Religionem & fidem Husi sequuntur. AEdificia lignea

D 2 sunt

sunt, sed creta aut Gypsu incrustata. Vinum quod ibi prove-  
nit, insalubre esse, & bibentium membra debilitare dicitur.  
Versus Vngariam aquis calidis abundat: ibiq; thus & Mirrha,  
ex terra effoditur. Ante paucos annos Baro quidam, cum  
fundamenta adificii ejusdam jacturus, foderet, corpus in for-  
ma & magnitudine hominis, totum Mirrhinum reperit.

Duo ibi sunt Comitatus, Huckenvaldia, & Schönber-  
gia. Baronatus verò sunt Lomniza, Dubraniza, VValstenia,  
Peitniza, Novadomus, Tele Scha, Bozkovviza, Trebiza, Dir-  
novviza, & Rageza.

Non procul inde est Baronatus Krusbach, in quem duode-  
cim pagi, ad duodecim Lacus siti pertinent.

Non procul à Laa, ad fluvium Teja situm, facta est pugna.  
Anno 1016. inter Leopoldum & Albertum fratres, Marchio-  
nes Austriae: cuius gratia adjectum est in tabula hoc signum \*

### Austria, Cap. X VI.

Austria dicta est, quod versus ortum sita sit: olim Pan-  
nonia superior: ut Vngaria Pannonia inferior dicta suit.

Terminatur in Aquilone Moravia & Bohemia, in orbe  
Vngaria, in septentrione Stiria, in occidente Episcopatu Salis-  
burgensi, & Ducatu Bojarie.

Eius Domini seculares sunt Archidux Austria, Comes  
Schaumburgicus, Comes Hardeccius, Baro VVolckenstenius,  
Baro Reggendorfius, Baro de Sestria.

Comitatus sunt, de Turri, de Cruce, Ortenburgicus, Bern-  
ecius, Garbensis

Danubius medianam Austriam perlabitur: terra admodum  
est fructuosa, ut poterit multis fluminib. irrigata, quae in Danubi-  
um se exonerant.

Abun-

*Abundat vino, frumento, pisibus, lignis, & croco etiam vinum enim tanta copia provenit, ut in Bohemiam, Moraviam, Silesiam & Bojariam, exportetur, & magno cum lucro incolarum vendatur.*

*In ripa Danubii plurime & potentissime urbes, arces, castella, oppida, villa & Cenobia sita sunt, ex utraque fluviiparte, maxime infra Pataviam. In septentrione haec sunt loca: Cella figurorum, Heimbachium, Zamsagum, Novadomus, Greimum, Spiza pagus, Stein oppidum cum arce, Kremsa, Kronenburgum oppidum, Markeccium pagus.*

*In meridie est Angelobachium, Lincz urbs egregia, olim Colonia Aureliana dicta. Non longe ab ea fluvius Dravus se in Danubium exonerat. Hic fluvius magnos lacus perfluit, nempe Draunsee, Halst, & Aussensee, ex quo multum salis conquitur quod in Austriae vehitur. Item Atersee, Mansee, &c.*

*Ad hunc fluvium Dravum situm est oppidum VVelsa, olim Valeria Romana dicta. Deinde ad Danubium est Lorch, Ens, Erlacum, & Ipsa: Antequam autem ipsam pervenias, transiundus est Cataractes Danubii: Deinde sequuntur in ripa Danubii, Pacalarna, Melkium Cenobium splendidum, cum pago magno, & arce, Kalenberg, Arx Montana, & villa, sub qua generosissimum vinum provenit, Ebendorfium, Heimburgum & alia plura loca.*

*Metropolis est Vienna, olim Vindobonna, post Fabiana dicta. Anno 464 a Sancto Severino ad fidem Christi conversa est: & ibi Episcopatus fundatus, Anno 466. Primus Episcopus fuit Mamertinus. Sed Episcopatus hic a Longobardis sublatus est, & vacavit usque ad annum 640. Anno 1480. Fridericus II. Imp. Praeposituram in Episcopatum mutavit. Anno 1237. Fridericus II. Imp: Academiam fundavit. Magna ibi sunt commercia, vini, ferri, frumenti, corii, sericorum & aliorum pannorum.*

Non procul à fluvio Marca, prope Dresingam, ubi in tabula signum hoc conspicitur, commissa est Anno 1277. pugna inter Imperatorem Rudolphum Habsburgensem, & Ostocarum Bohemiae Regem, qui ibi vicitus est.

Anno 1529. die 25. Septemb. Turca Viennam exercitu ducentorum millium virorum obsedit, & per viginti dies continuos oppugnavit, & in ea oppugnatione ultra octoginta hominum millia amisit: sed frigore obssidionem solvere coactus est.

Anno 1532. quindecim millia Turcorum per Austriam, Linzium usq; grassabantur, & qualibet obvia vastabant & diripiebant, sed in reditu ferè omnes interfecti sunt.

Anno 1590. die 5. Septembris, ingens & horribilis Viena fuit terra motus, magno cum damno urbis. Neapolis sive Neustat, est oppidum elegans, non procul à finibus Vngariae situm in planicie, sed altis montibus cinctum: estq; in quadrum constructa, quatuor habens portas, quas omnes in medio foro stans videre potest. Quatuor item habet suburbia: & circumquaque firmissimus mænius, & triplici fossa munitum est.

Anno 1595. in Octobri Rusticorum in superiore Austria aliquot millia convenerunt, & conspirarunt, & deinde castra in campo metatis sunt, propter onera (ut ipsi prætendebant) Dominorum suorum, qua levari desiderabant: Occupabant autem oppidum Efferdingen, tribus miliaribus supra Linzium situm. Mense Decembri autem sine sanguine ad Cesarea Majestatis ipsis factam promissionem se se dediderunt, in gratiam recepti, atque ita sedati sunt.

## Stiria. Cap. XVII.

Stiria Pannonia superioris pars, Valeria quondam dicta, per pacta dotalia ad domum Austriacam pervenit. Fuit primum Marchionatus, qui à Friderico Barbarossa in Ducatum versus est.

Conf.

Confinem habet hac regio in septentrionem Austriam, in ortum Vngariam, in meridiem VWindiam, in occasum Goritiam. Incole lingua Germanica utuntur, quamvis accolae fluvii Dravi & Clavonice loquantur. Est in hac regione populus qui Strumas dantas in collo habere solet, ut fœminas impedianc infantibus mammam præbere, nisi strumam prius removeant in axillas. Opinantur nonnulli aquam quam bibunt ejus rei esse causam, quod aliquid ferri habet. Multa enim hac regio fodinas ferri & argenti habeat. Multas enim hac regio fodinas ferri & argenti habet. Sal item in magna copia coquitur, & in longe distantia loca illinc asportatur.

VVarasdin adfluvium Dravum, & Lebenau, sive Lenben ad Muram, sunt duo Comitatus.

Metropolis est Grazia, ad Muram sita. Romanus etiam Marckburgum ad Dravum collocat.

### Carinthia. Cap. XVIII.

In hac terra olim Iapidi habitasse feruntur: que valde montosa est, & versus ortum terminatur Carniola, versus meridiem Foro Iulii, versus septentrionem Episcopatu Salisburgen- si. Est terra frumenti fertilis, multis stagnis rivis & fluviis abundat, inter quos Dravus præcipuus est, qui postea per Stiriam in Vngariam labitur & propè Dražam & Erdeun in Danubium se exonerat.

Ab anno 131. fuit sub dominio Archiducum Austriae. Novo duce ad gubernationem veniente, hic mos servatur. Est ad S. Vitum Saxum marmoreum, quod rusticus quidam concendit, ad quem terra illa hereditario jure spectat. Aleum accedit Dux in habitu rustico, pedum in manu tenens, & rustico jurat, sejus & justitiam administraturum.

Anno 1423. Imperator Fridericus consuetudinem hanc sequiri recusavit, literis tamē subdisis econominē datis protestatus est,

est, eam rem consuetudini ipsorum nihil prejudicaturam, sed indemnem fore.

Metropolis est urbs Sancti Viti, mediocriter adificata, & salubribus aquis salientibus egregie ornata.

Vrbs Villacum, Clagensfurtum, Cœnobium Arnolstein, & Tervisum minus, & alia loca Episcopatusi Bambergensi subjecta sunt.

Edes Villaci majore ex parte historiis memorabilibus picta sunt: sita est ad fluvium Dravum in planicie: circumquaque tamen montibus cincta. non procul ab urbe fluvius Gail Dravum influit, qui Anno 1348. Vrbem Villacum, & multas circumiacentes pagos, & arces aquis suis operuit. Magna enim pars montis alicujus in vallem intra alios duos montes deciderat, que alveum fluvii octodecim dies obturavit. Qui itaque prudentes fuerunt, in tempore ex urbe exceperunt. Deinde aqua meatu invento uno impetu erupit, & totam urbem operuit, & quicquid in ea erat suffocavit. De hac re Carmen in templo supra Altare scriptum est, quod libenter descripsisse, ni Templum clausum fuisset. In urbe est arx, in qua legatus seu praefectus Episcopi Bergensis habitat: ibi quoque vidi Iudeorum Epitaphia. Est etiam ibi Palatum egregiis pietatis ornatum, cum insignibus Episcopi Ernesti laudabilis memoria, & nobilitatis Francica insignibus, qui Celsitudinem ejus Anno 1588, in Carinthiam comitatis sunt.

Villici plerique Sclavonicè loquuntur, in urbibus autem Germanica lingua in usu est.

Carniola quoque ad hunc ducatum pertinet.

### Carniola. Cap. XIX.

Carniola duplex est, inferior & superior, quæ in septentrionem Stiria & Sclavonia contermina est, in meridiem Hisprias,

*Histria, in occidentem Foro Iulii, & Carinthia. Incolæ pleriq[ue] Sclavonicè loquuntur.*

In hac terra fluvius Savus fontes suos habet: est alia terra sterili & arida, praeterquam versus meridiem. Metropolis est Laubacum, olim ut quidam opinantur Nauportus sive Vaportus dicta. In meridiē est stagnū, olim Lugea Palus, hodie autē Czirknicx lacus dictū. Cinctum est undiquaq[ue] serè montibus & sylvis, & singulis annis extremo autumno repletur aquis nemine sciente unde illa aqua veniat: estq[ue] tum valde pisco-sum: Vere autem adventante aqua absorbetur, & fundus in quo paulo ante piscatis sunt, ab incolis conseritur & metitur. Messe autem peracta commodum est ibi venari, nam locus feris & avibus abundat.

Paulo magis versus meridiem est Goritia, ubi quidam Iulium Carnitum situm fuisse opinantur; ibi etiam est Gradisca, & magis in ortum urbs Triestā, ubi generosissimum illud vi-num Reinfal dictum provenit: omnia subditione Archiducum Austriae.

## VVindia, Cap. XX,

*VVindia pars est Illyrici, & propterea cum Croatia & Sclavonia à quibusdam confunditur.*

Propriè autem dicta VVindia terminatur in septentrio-nem Stiria, in ortum Croatia, in meridiem & occidentem Carniola.

In hac terra situs est comitatus Cylli, qui unus ex quatuor Imperii Comitatib. olim fuit: sed cum tempore Friderici tertii heredes ejus defecissent, domui Austriacæ subjectus est.

Turca intra X V. aut X X. annos hanc regionem excursio-nibus suis miserè vastarunt.

Anno 1575. die 12. Aprilis, obsedit & expugnavit Tareb urbem Meling, & in ea crudelissime saeviit.

Anno 1597. Carolus serenissimus Archidux Austriae, novam civitatem Carolostadium edificavit, eo loci ubi ante pagus Dabraz situs fuit, ad confluentem fluviorum Meresui & Culpae, ad impediendas excursiones Turcarum.

Hoc in loco habitant Huskoki, durus & asper populus, quod Turcis saepe numero gravia damna intulerunt.

### Croatia. Cap. XXI.

Croatia quoque pars est Illyrici, quod olim Carinthiam, Carniolam, VVindiam, Croatiam, Slavoniam, Dalmatiam, & usquidam volunt, etiam Bosniam comprehendit. Hac autem pars, nempe Croatia, quorundam opinione olim Liburnia dicta, & tempore Imp. Niceti imperio subjecta fuit. Turca autem hodie totam fere Croatiam possidet, & Christianorum fines hoc tempore intra Savam & Dravum, sunt oppida S. Georgij, Capraniz S. Petri, Ramingum, ad Crucem, Gradae, S. Martini, ad S. Crucem.

Anno 1592. Hassan Bassa Bosnensis urbem & arcem VVihiz ex improviso adortus est, ad flumen Vna sitam, & per deditioinem recipiebat. Arx hac & urbs 150. annos propugnaculum ad versus Turcam fuit: postea edificavit aliud munimentum ex lignis ad Culpam, quod Petriniam nominavit.

Anno 1592. In Septembri, Castra Christianorum intra VVihiz & Carolostadium oppressa sunt à Turcis, qui postea 26. Septembbris, in Duropolia ultra 40. pagos, & inter illos etiam Chiose exusserunt.

Anno 1593. In vere, Turca iterum incendiis magnam Duropolie partem devastarunt.

Die

Die 24. Augusti, fortissimum Cenobium Sisecum expugnarunt, & excursionibus Agramum sive Zagrabium usque pervenerunt.

Intra Savum & Mare Adriaticum tantum habemus adhuc Castrovivizam, qua urbs Anno 1594. vi expugnata est: & Sernick, qua Anno 1595. in Augusto à Barone Georgio de Lenckovvix similiter armata manu expugnata est: & Petriniam, que postea 24. Septemb. à Turciis deserta est. Et quamvis Carolostadienses in Octobri Vrbē VVihiz receperunt: tamen quia arcem non potuerunt expugnare, oppidum diripuerunt, & exusserunt. Deinde est etiam urbs Lenga ad littus marii sita, Domui Austriaca parens. Hujus incola auxilio Huskorum Anno 1596. in Majo, Turciis, ut suprà dictum in Dalmatia magna damna intulerunt. Die 8. Iulij Baro Herberstenius Propugnaculum Castanovvix ad fluvium Una situm obsedit, & tormentis quassavit, sed infectare recepit.

## Sclavonia. Cap. XXII.

Sclavisive Sclavoni, qui septentrionalem ripam Istri aut Danubij olim inhabitarunt, in Mysiam, Pannoniam & Thraciam inde se moverunt, & intra Savum & Dravum quoq;  
concederunt, & terram illam de nomine suo Sclavoniam appellarunt. Thevetus tamen existimat, Polonus anno 600. hic  
concedisse, & terram hanc Sclavoniam appellasse. Incola hujus  
loci omni tempore literas contemptu habuerunt, & in armis tam  
sese exercerunt. Anno 600. tam, una cum fide Christiana, et  
iam legerè & scribere didicerunt. Nam eo tempore sacra Biblia in  
linguam Sclavonicam translatas sunt: unde hodie etiam preca-  
riones suas, hac sua in lingua peragunt. Thevetus fines Sclavonia

ortum versus, ponit fluvium Drina, olim Drana dictum, ultra Ragusam exorientem, & fluxu aquilonem versus, in Savum fluvium sese exonerantem: versus meridiem ponit Mare Adriaticum; versus occidentem fluvium Arsam, in Histria: versus septentrionem, montes Croatiae. Cromerus autem facit septentrionales fines Dravum, meridionales Savam: & omnes recentiores Geographi faciunt orientales fines Pannoniā Bubaliam. Tota autem hæc terra in potestate Turcarum est.

Vsus hujus linguae, præ omnib. aliis latissime se extendit. Nam Bohemi, Vngari, Poloni, Bulgari, Russi, VValachii, Podolii, Moldavi, Bosnii, VVindi, Dalmatia hac lingua, Dialectis saltem populorum horum diversitate variata, utuntur: quin & in Aula Tureici Imperatoris Iani Zari Sclavonicè tantum loquuntur.

### Bosnia. Cap. XXIII.

*Bosnia, aut Bossina, terminatur in septentrionem Savæ, in ortum fluvio Bosna, qui toti terræ nomen dedit: in meridiem Mari Adriatico: in occidentem Dalmatia & Croatia. Olim dicta fuit Regio Triballorum: quidam oppinantur eam à Bosnia, aut Bosnania urbe Polonia nomen accepisse, quod olim Poloni ibi sedem habuerint.*

Fuit autem Bosnia olim regnum.

Anno 1345. Rex Ludovicus cum Tartaris in Vngariam irrumptibus difficile bellum gerens, Principem Bosniæ, Stephanum nomine in auxilium vocavit, & fædus cum eo init, filia ejus in matrimonium accepta. Bosnia enim sub Caroloberto, Anno 1310. Vngaria tributaria facta est. Montosa & salebrosa terra est, in ea generosissimi Falcons capiuntur: & divites sunt fodina argenti.

Anno

Anno 1415. Duce Bosnia à Rege Sigismundo desciscente, & Turcis se conjungente, Rex Sigismundus missō eō exercitu, Bosniam expugnavit, & Regem eō collocavit: sed Turca paulo post totam eam regionem sibi rursus subjugavit.

Matthias tamen Vngaria Rex Anno 1462. Metropolim laycza in praalta rupe, intra duos profluenteſ ſitam, cum XXVII. circumjacentibus pagis & caſtelliſ recepit.

Anno 1472. Imperator Turcicus poſtremum Boſnie Regem, ſive Deſpotam, Stephanum dictum, qui per conjugetem Deſpinam, princeps quoq; Servia erat, doloſis & blandis verbis ex arce laycza pertraxit, & inſidiouſe cepit, ac poſtea vivum excoriavit: ut ita vitam unā cum Regno, quod malis artibus patri ademerat, ſimiliter amiferit. Ab eo tempore Turca ad hunc usq; diem terram illam retinet.

In urbe Bamaſuchi habitat Baſsa Turcicus, Boſniensis di-  
ctus: Horum autem ſex tantum ſunt in tota Europa, nempe:

1. Bamaſuchi in Boſnia. 2. Buda in Vngaria. 3. Temefuari in Transſylvaňia. 4. Sophiae in Bulgaria. 5. Gallipoli prope Con-  
ſtantinopolin, & 6. Capha ad Chersonesum. Ego ad hanc rem  
notandum apud unumquemq; horum locorum Aciñacem Turci-  
cum pinxi.

## Dom. Ragusiorum pars. Cap. XXIV.

Ragusa vetuſtissima urbs eſt, quorundam opinione ex Rui-  
niis urbis Epidauri exſtructa: ſita eſt intra duos montes: pro-  
pria ac peculiari uititur republika, annuatim tamen Imp. Tur-  
cico pendit 12. millia Ducatorum, præter alia dona: & propter-  
ea (inquit Thevetus) à Venetis hodie minus quam olim infe-  
ſtatur. Manis & vallo firmiſſimi cincta eſt, opulenta &  
populosa, iuſtructa etiam aliis ad vitam, & rem militarem

necessariis: portum habet munimentis validis, & ferreae catena clausum.

Versus occidentem munita est arx in rupe sita, & ad S. Laurentium dicta, qua totam urbem frenat: prope illam est armamentarium. Summa rerum est penes Duodecim principes, ex quibus singulis mensibus unus presidet, qui à majore Consilio Centum virorum eligitur. Exactus 24. horis semper & quotidie novus Capitaneus, seu Castellanus arcis praeficitur.

Delectantur Italica lingua, & Italicè loqui annuntuntur, sed valde corruptè, propter linguam Sclavonicam, quæ patria eorum lingua est.

Sedes est hac urbs Archicopædiæ, sub quo sunt Episcopæ Stagno, Tribignæ, alijs.

### Servia sive Myśia superior. Cap. XXV.

Servia dicta est à Serbis, quos Plinius ad Maeotidem paludem collocat, qui illinc in hanc terram migrarunt. Laonicus eos etiam in superiore Myśiam collocat, & putat Servios, Razios, & Sirfeos unum eundemq; esse populum.

Anno 1206. Stephanus Meganipanus Rex Serviorum duxit in matrimonium N. Dandolam, amitam Ducis Veneti. Levenclavius Genealogiam Principum, aut Despotarum Servia hanc facit: 1. Lazarus Bulcus, à Stephano, Bulgarorum Rege, Despotatum Servia impetravit: quem postea valde auxit & ampliavit: tandem anno 1390. à Turcis in prælio captus, & in conspectu Bajazethi Turcici Imperatoris, ad vindicandum Amurathem ejus patrem, in frusta concisus est. Post hunc Lazarum, omnes Servia Principes Lazari, aut Bulci dicti sunt.

2. Stephanus Bulcovitz, patrem suum, ut Laonicus scribit, seu

bit, securus est. Hic quamvis Christianus, Bajazetho ramus contra Regem Sigismundum, ad Nicopolin auxilio fuit.

Anno 1396. Bajazethus ejus filiam duxit in matrimonium, & auxilium tulit adversus Tamberlanem.

Anno 1427. ab Amurath secundo, principatu suo spoliatus est. Circa annum 1440. Albertus Rex Vngaria, Belgradum despotis Servia ademit, & regno Vngaria adjectis.

3. Georgius Bulcus, cuius filiam Mariam, sive Ireneam Amurathes secundus, anno 1435. uxorem duxit, anno 1442. à dicto Amurath principatu suo restitutus est, ut Levvenclavius scribit: Bonfinius autem ait, principem hunc Georgium Despoten à Turcatota Mysia expulsum, & cum filio suo Lazaro & omnibus suis opibus Ragusam se contulisse, & quinq<sup>t</sup> Tonnas Auri in Ragusiorum ararium intulisse. Tum Amurathem à Ragusanis petuisse solummodo Georgium Despoten, ut sibi deretur, & retinerent ipsi aurum concreditum, & fædus perpetuum cum ipso ferirent. Verum Ragusani hoc recusarunt, & Despoten admonuerunt ea de re, qui propterea ad regem Hungaria Vladislavum confugit.

4. & 5. Stephanus & Georgius, Georgij filii, à Sultano Amurath excacati sunt.

6. Lazarus, etiam Georgij Bulci filius, securus est patrem suum.

7. Lupus Despota quintus.

8. Ioannes cum quibudam fratribus suis, quos Bonfinius non nominat.

9. Despina, conjunx Despote Stephani Bosniensis, pestrem fuit Principissa Christiana in Servia. Cùmenim Maritus ejus Layce, ut supra in Bosnia dictum, occubuisset, Turca totam illam regionem in suam rededit potestate.

Bosorus

Boterus Metropolin ponit Stonibirgatum: sed ego reperio  
Oracum esse sedem Sangiacei.

Novomont locus fuit inexpugnabilis: ejus monumenta  
quedam apparent Constantinopolim potentibus.

Anno 1455. Turcicus Imp. Mahometes non procul à Bel-  
grado, à Ioanne Hunniade victus, & exercitus ejus cæsus est.

Anno 1521. Imp. Turcicus magno cum damno totius  
Christiani orbis, urbem & arcem Belgradum, & ejus Vežir  
Bassa urbem Sabat, ad Savam sitam, cepit.

## Vngaria, Cap. XXVI.

Vngarie Regnum, Pannonia in seior dicta, terminatur  
versus meridiem Servia, Bosnia, Selavonia, & Croatia: versus  
occidentem Stiria & Moravia: versus septentrionem Silesia  
& Polonia, & illis in locis valde est montosa: versus ortum  
terminatur Transsylvania.

Nomen Pannonie, scribunt quidam, à Bonnone Iaphetis  
filio, fuit filius Nobe, ortum esse: alii à monte Pannonio, qui  
alias Mons S. Martini dicitur.

Regnum autem hoc, plus quam sexcentos annos à Roma-  
nus gubernatum est.

Hungarie autem nomen est ab Hunnis, qui anno 373. à  
Mæotide palude hic commigrarunt. Sed anno 805. Carolus  
Magnus Hunnos in Pannonia delevit, & Vratislauum quendam  
Pannonia præfecit, que edificavit Bressburgum.

Regnum autem hoc ab anno Christi 969. usq; ad annum  
præsentem 1596. à quadraginta Regibus Christianis gubernata  
cum est, quorum vita, & res gesta, in parva illa Chronologia,  
quam de Vngaria nuper edidi, reperiuntur. Aerem habet  
temperatum, vina generosa, frumenti magnam copiam, & in-  
gentem

gentem numerum armentorum, pisces item, & quidquid homo ad perfruendas voluptates optare posset: quia in re, Bonfinio teste, omnes totius mundi regiones superat.

Iurisdictio Ecclesiastica administrata olim fuit per duos Archiepiscopos, Strigoniensem, & Coloczensem, sub quibus sunt sequentes Episcopi, (signum hoc  $\text{X}$  Christianos,  $\text{o}$ . Turcas denotat.) Sub Strigoniensi quidem,  $\text{o}$  Laurinensis  $\text{o}$  Vesprensis,  $\text{o}$  ad quinq<sup>u</sup> Ecclesias,  $\text{X}$  Agiensis, Nitriensis, Vacensis. Sub Coloczenzi verò  $\text{o}$  Zagrabiensis,  $\text{X}$  Transsylvaniae,  $\text{o}$  Smirnensis,  $\text{o}$  Conadiensis,  $\text{o}$  Bosnensis, Posagan in Sclavonia.

Anno 1521. occupavit Sultan Solimannus Domum munitionis Sabaz ad fluvium Savum sitam, armata manu: & obsedit Belgradum, quod per deditonem cepit.

Anno 1526. expugnavit Petruvaradinum, item arcem & oppidum Villach, ad Danubium: cum autem Rex Ludovicus ipsi cum exercitu obviam veniret, infeliciter pugnavit, & ad Mohacum cum 19000. Christianis casus est. Turca autem perrexit, & quinq<sup>u</sup> Ecclesias exusit, Budam quoq<sup>u</sup>, qua deserta erat, occupavit, & arcem per deditonem accepit, in qua tamen omnes homines obturcavit, ponte Danubium stravit, è regione Pesthi: atq<sup>ue</sup> ita excursionibus totam superiorem Hungariam vastavit, & laurinum usq<sup>ue</sup> pervenit. Fertur in hac expeditione ad 200000. Christianorum aut imperfecta, aut in servitatem abducta esse. In solo enim Vico Maros occubuerunt plus quam 25000. haminum.

Solimanno autem Constantinopolim reverso, Iohannes Zapolia, sive Comes de Zips, Transsylvaniae VVaiuvoda, à quibusdam Rex Hungaria designatus, & in Octobri, Anno 1526. Alba Regal. coronatus est: qui Emericum Cibarchi, Episcopum VVaradinum, Transsylvaniae VVaiuvodam constituit. Sed

F Stephanus

Stephanus Bathorius, Palatinus Regni Hungarici, & alij multes Antistites, vocarunt Regem Ferdinandum, Imp. Caroli V. fratre, eumque regem elegerunt: qui magno exercitu Anno 1527. Hungariam ingressus, recepit Budam, & Alba Regal. coronatus est. Cum igitur Zapolia viribus Ferdinandis effet impar, auxilium a Turca petat, & se tutela Solimanni subiecit: qui Anno 1529. cum exercitu 25000. virorum in Hungariam venit, eiique Ioannes ob viam processit, rex manus de osculatus est. Solimannus autem recepta Buda, Ioannem Zapoliam Regem Hungarie confirmavit & Bude inauguravit: & progressus cepit Plindenburgum, Comoram, Altenburgum, & obsedit Viennam: sed frigore Constantinopolim regredi coactus est.

Anno 1532. Turca in Hungariam rediit, & ingentia damna intulit.

Anno 1537. Rex Ferdinandus magnum exercitum in Hungariam misit Duce Iohanne Catzianer, qui obsedit Ezech ad Dravum, non procul ab illo loco, ubi in Danubium se exonerat: Cum autem comeatus deficeret, obsedit & occupavit arcem Herviand, & Garampetüt, ubi exercitum suum imprudentius Turcis objecit & casus est.

Anno 1538. Duo hi Reges Hungaria transegerunt his conditionibus, ut Rex Iohannes ad tempus vite Regnum Hungaria possideret, & illud post mortem suam Regi Ferdinandu cederet. Regi Iohanni nupta erat Isabella Regis Polonia filia: ea autem gravida facta, in Transsylvania profectus est, ubi Anno 1540. nuncium de filio sibi nato accepit: & mox deinde in morbum incidit & mortuus est. Cum autem Rex Ferdinandus, vi transactione & fœderis regnum occupare vellet, & magna ex parte jam occupasset, & jam ad Budam accederet, in qua Vidua Regis Iohannis erat una cum filio Stephano, qui deinde Iohannes Sigismundus dictus est, & Georgio Episcopo VVardiniano,

dino, vulgo Monacho Georgio dicto : vocavit ea Turcam in  
subsidium, qui missa Bassa quodam, & VVaiuvoda Mol davia  
& VVaiuvoda Transalpina, mox ipse subsecutus est : à quibus  
exercitus Regis Ferdinandi graviter afflictus est : atq; ita Tur-  
ca Budam sibi retinuit, & Bassam ei praefecit, & Regiam vidu-  
am cum filio in Transsylvania misit : de quo vide plura in  
Transsylvania.

Anno 1543. Turca cepit arcem VValpo, & Soclosiam ad Dravū,  
& die 17. Augusti Strigonium: 3. Novembris Albam Regalem.

Anno 1548. Rex Ferdinandus recepit Agriam in superiore  
Hungaria, & Anno 1594. Leviam, intra fluvios Ipol & Gran,  
sitam: itē Zythnā, Czabrag, Muran, quas omnes munīt; Anno  
1550. Zolnoch ad Teissam. Verūm Zolnoch à Turca 4. Septembrio  
per deditonem receptum est, ut & Dregels, Giarmath, Zet-  
schin, & Pallast: Agria quoq; est obseſſa, sed fruſtra: nam obſeſſi  
ſedus inierunt, quod proprio ſanguine ſubſcriperunt. Vnde  
factum est ut Turca, cum plus quam 12000. globos ex majoribus  
tormentis exploſiſſet, & plus quam 300. ex obſeſſis neceſſet, cum  
ignominia tamen recedere coactus fuerit.

Anno 1551. Turca cepit Babotscham, & Gerosal, & Si-  
gethum fruſtra obſcidiſſit.

Anno 1556. Rex Ferdinandus filium ſuum in Hungariam  
misit, qui caſtra metatus est ad Canifam, & vicecepit Rarothnam  
infra Albam Regalem: quo viſo Turca incenderunt & deſerue-  
runt Babotscham, Gerosal, Sely, ad Dravum, & vicum Ral-  
manhze, & conſuguerunt Quinz, Eccleſias. Archidux autem  
promovit caſtra Chorgousq; ob hyemem tamen interveniente  
nihil amplius hac vice perfectum eſt.

Anno 1560. occupavit Turca Fillecum, locum valde  
munitum in superiore Hungaria Non longo tempore pōſt, Imp.  
Ferdinandus & Salimannus inducias paciſi ſunt, que utrinq;  
F 2 obſer-

observata sunt usq<sup>z</sup> ad annum 1564. quo anno Imp. Ferdinandus mortuus est. Iohannes autem Sigismundus Transsylvaniae VVaiuvoda hoc tempore pacem fregit, & per Stephanum Bathoriā Somli, Zackmar & Tokay occupavit: deinde quog<sup>z</sup> Turcarum auxilio subegit Naduvvar ad Lacum Eichyet situm: item Vnguvar ad fluvium Vng, qui primum in fluvium Bodroch, deinde in Teissam se exonerat: & Ataviam, aut ut ego legendum puto, Athiam.

Anno 1565. Imp. Maximilianus Tokay & Zatmar recuperavit per Lazarum Schuendium, Item Zerencx, Erdeud, Kumar, Bator, VVibania, & Cendercu; Deinde Sabatza, Crasnaleuca, Bilsouicz: Et in Vngaria inferiore, per Comitem Zalmensem VVesprinum, Thata, Gestes, VVeida & Isack.

Anno 1566. Turca cepit Amatschin, aut ut ego legendum existimo, Hamasky, dum ejus loci praefectus Agria esset. In Iunio Palotta, supra Vesprinum, ita tormentis quassata est, ut mœnia solo sint aquata: Sed Turca ussis paucis Christianis fugerunt.

Vltima die Iunii Comes Zalmensis recepit Vrbem & Arceum Vesprinum armata manu: Item Dotis sive Thata, prope Iaurinum. Turcae deseruerunt Gestes ad, ad montem elypeorum, Item VVitaim, Iscock, & alia Castella, quæ incenderunt.

Lazarus Schuvendius in superiore Hungaria ultra 10000. Tartarorum caecidit, quos Iohannes Sigismundus immiserat, quiq<sup>z</sup> in hac expeditione multa millia hominum in servitutem abegerant.

Die 4. Septemb. mortuus est Sultanus Solimannus in ob-  
sidione Zygethi: cuius mors, celata, & fortissimum  
hoc propugnaculum die 7. Septembr. à Turciis vi expugnatum  
est: in quo Comes Nicolaus Serini cum multis nobilibus mi-  
serrime periit: Christiani deseruerunt etiam Baborscha, Za-  
chan,

chau, & Zorga. Dum Castra Imp. Maximiliani ad Laurinum essent, horribile ibi incendium fuit.

Anno 1567. Schuendius cepit Arcem Zazvvar ad Teissam, & Munkacx supra Tokay, versus Poloniam situm, per deditionem accepit.

Obsedit munimentum Vst ad Teissam seu Tibiscum ditio-  
nis Iohannis Sigismundi.

Tractatione autem de pace interveniente, recessit & Cas-  
soviam se recepit. Interim ex improviso Iohannes Sigismundus  
fortalitium Risuar adortus est, ad Teissam, & Thermas,  
quas ei Schuvendius ante biennium ademerat. Ruberus au-  
tem, Schuvendij legatus generalis Risuvarum & Thermas  
mox armata manu recepit.

Anno 1568. Giulassus, Baro Hungaricus, qui malam  
gratiam apud Imp. Maximilianum inierat, ad Iohannem Si-  
gismundum defecit, & ei Vst dedidit. Hoc anno inducie ad 8.  
annos inter Imperatorem Maximilianum & Sultanum Selim  
pacta sunt.

Anno 1574. durantibus adhuc induciis Turce noctu oc-  
cuparunt Ransam, & in ea urbe plus quam 1000. homines tru-  
cidarunt, urbem totam, excepta sola arce, exusserunt, & ma-  
gnam abegerunt pradam.

Anno 1577. die 21. Martij fulmen ingens damnum de-  
dit arci Canyse: nam Turrem pulveris tormentarij tetigerat.

Anno 1584. inducia inter Imp. Rodolphum II. & Sulta-  
num Selim ad 8. annos prorogata sunt.

Anno 1584. In Februario Arx sive Castellum Coppa, non  
procul à Lacu Balanthonio, qui glacie concreverat, à nostris ex  
improviso captum est: & ingens ibi præde inventa.

Turcae autem Angusto mense citra & ultra Limpach im-  
pressionem fecerunt, & Muracum devastarunt, aliasq; 4. arces,

& 17. pagos: viros pariter ac mulieres captivas abduxerunt: prope Canysam autem à Comite Serini pene omnes cæsi, & Christians liberati sunt. Anno 1590. Arx Canysa ex media fere parte terræ motu eversa est.

Anno 1591. Turca obsedit & expugnavit Komaram minorum, ad lacum Balanthonium, item Zacham.

Anno 1593. in Ianuario Turca occupavit Castellum Herwig ad Balanthonium lacum situm. Die 27. Septemb. Sinan Bassa occupavit fortalitium Pallota, & 5. Octobris, cœnobium & arcem Thihan in lacu Balanthonio. 21. Octobris, Ferdinandus comes Hardeccius occupavit suburbia Albergalis, & cænecidit, sed rursus deseruit. 8. Decemb. Baro Teuffenbachius cepit Sabacta, in Hungaria superiore, & 14. dicti mensis munitissimum locum Filleck, in superiore Hungaria, & eare magnam Hungariæ partem à Turcica servitute liberavit: plus quam 800. enim pagi hic pertinere dicuntur: Item Dyuvin, Hamaski, Zetschin, Dregel, Palanka, Soncoske.

Anno 1594. Mense Februario, Matthias Archidux Austriae expugnavit munitissimum Castellum Novigrad, in Vngaria superiore, Item Olczy, Hollock, VVaskeu.

Mense Martio Comes Serini recuperavit Preseniz, Segeß, & Babotscha in Vngaria inferiore: Et Baro Teuffenbachius Iasprinum, in Vugaria superiore. Turca deseruerunt Hibalam, oppidum, sive pagum sat is magnum, supra Pesth situm.

Anno 1594. in Aprili Archidux Matthias obsedit Strigoniūm, & cepit urbem Raziorum, die 4. Maij.

In Julio Sinan Bassa cepit Castellum Dotis, Montem S. Martini, & castra ad Laurinum movit, quod magna vi oppugnavit & quassavit.

Die 29. Augusti, aliquot millia Turcarum, & Tartarorum Danubium tranarunt, in Insulam Schut dictam, & castra Christianorum obruerunt. Die 19. Septemb. laurinum certū conditionibus à Comite Hardeccio Turcis deditum est.

Anno 1595. in Iunio, Princeps Carolus Mansfeldius ob-sedit Strigonium, & 22. die dicti mensis, expugnavit urbem Rařorum, die 24. Montem S. Martini. Die 11. Iulij Castellum Gockarn. Die 25. dicti mensis, cum Turcis collatis signis, feliciter conflixit. Ultimo Iulij occuparunt & diripuerunt nostri Insulam Vizze grad.

Die 28. Iulij Turcae deseruerunt forta litium Babotscha in Hungaria inferiore: cum intellexissent Baronem Nadasdic astra adeam movere: in eo 36. majora tormenta invenit.

Die 1. Augusti Mehemes Bassa cū exercitu 20000. Turcarum Strigonio in subsidium venit. Princeps Mansfeldius autem horum 4000. cecidit, reliquos in fugam convertit.

Die 3. Augusti viceperunt nostri urbis Strigoni partem ad profluentem sitam. Die 4. Carolus Mansfeldius in vivis esse desit. Die 11. Aldobrandino agnatus Pontificis, ejusq; praefectus militaris, cum 16000. militis Italici in Castra ad Strigonium venit.

Die 2. Septemb. Arx Strigoni certū conditionib. à Turci dedita est, in qua fuerunt adhuc 823. viri militares, 161. vulnerati, 600. femina, & 211. infantes, qui omnes Budam abierunt.

Die 13. occuparunt nostri vicum Maros ad Danubium. Turcae incenderunt oppidum Vizegrad. Arx autem in monte sita 15. Septembr. per deditonem occupata, est: in qua 266. homines fuerunt: qui Budam recesserunt.

Die 20. Octobr. exsuffserunt & deseruerunt Turce S. Nicolai, ad Insulam Tibisei, supra Zolnok situm, in quo 200. equi, & 100. Martelos erant.

In Novembri, obsederunt nostri Castellum Turcicum Zolnok, sed re infecta regressi sunt. Archidux Matthias occupavit Zarkad sive Sar VVasich ad lacum Zarkad. Item Edelez, sive Erdeck, & Bekeis: ad eundem Lacum sita. Item Czongrad, ad confluentem fluvii Keres & Teiss a sive Tibisci situm.

Anno 1596. Baro Balfius, incolarum veteris Buda & Sicambræ continuis precibus permotus, eos cum uxoribus, & liberis, tutos Strigonium perduxit: fuerunt in summa 2160. homines, & 175. plaustra oneraria, & magnus insuper muneris armari.

i. Die Martij Anno 1596. Baronis Balfii exercitus, seu presidia, quæ Novigradi & Vicegradi habuit, urbem Vaciam, ultra Pesth, sitam, occupavit, omnesq; Turcas ibi inventos trucidavit, & quoniam arcem expugnare non potuit, urbem incendit.

Die 29. Maij Balfius, Capitaneus Strigoniensis elegans Castellum Samboc, intra Budam & Albam Regalem situm, expugnavit & exusit.

Die 27. Iunij Baro Balfius iterum 16. navibus, quas Tscheicas appellant, prope Vaciam pervenit, quod oppidum prater arcem, totum denuò exusit.

Die 24. Iulij, Cum exercitus Christianorum in Hungaria superiore infra Vaciam castra metatus est, Turca cum omnibus suis opibus Pesthum recesserunt, & multos vires & Castella incenderunt.

Christiani autem his in locis habitantes, incendium restinxerunt; & pleraq; deinde loca praesidiis munita sunt.

Die 27. Iulij Turca Zolnoccenses direptionib. & excursionibus Cherezech usq; paßim omnia infestarunt versus Transsylvaniam potissimum, & magnam vim hominum & pecorum abduxerunt.

Die

Die 3. Augusti excurserunt ultra Dravum, versus Brester  
vvizam, in Croatia, & opimam inde asportarunt predam.

Die 15. Augusti Archidux Maximilianus obsecis for-  
salium Hatuvan in superiore Vngaria, ad fluvium Zagivva  
situm: quod tandem 3. Septembris, post multas oppugnationes &  
labores vicepsit: in eo ultra 4000. hominum (inter quae 1200.  
viri militares) trucidata sunt: ex nostris desiderati sunt 300.  
Die 9. fortalitum hoc a nostris rursus desertum, & incensum  
est: relictis in eo multis globis, & tormentis, que in terram  
desosserunt. Statim ibi habitare rursus cœperunt.

Die 10. cum nostri Turcarum advenientium potentiam  
cognovissent, recesserunt Vaciam & Strigonium.

Die 20. Agria sive Erlauv à Turcis obsesta est: in ea urbe  
erat praesidium 5000. virorum, quorum Capitaneus erat Baro  
Nieri Paul. Postquam Turca sepius, quamvis frustra, urbem  
oppugnasset, obsestam sponte incenderunt, Turca autem 5. in  
locis arcem tormentis graviter quassavit. Die 22. Sultanus  
Turcicus Mahomet 3. ipse ad obsidionem Agria venit. Die 4.  
Octobris expugnarunt Turcae exteriorem partem arcis, & tru-  
cidarunt quidquid in ea invenierunt. Archidux Maximilianus  
igitur subsidium Agria latus, toto cum exercitu eo contendit,  
cui se conjunxit Baro Teuffenbachius, qui castra intra Tokai &  
Agriam habuerat: princeps item Transylvanie. Die 14. Octo-  
bris Arx Agria, magno cum damno totius orbis Christiani, cer-  
uis conditionibus Turcis dedita, vel potius ad ditionem coa-  
cta est.

Die 16. commissum est infelix pralium inter Regem  
Maximilianum, & Sultanum Mahomet 3. non procul a kere-  
stur & Deubren: in quo aliquot millia Christianorum & mul-  
ti plures Turcae occubuerunt: Christiani tamen dissipati sunt,  
& tormenta sua amiserunt.

Sequuntur alia de Vngaria scitu digna.

Ab Rystritiam sive Neusolum, divites admodum sunt fodina eris. Ibiq; est aqua viridis, ex qua color viridis, pictoribus notus conficitur.

Ibi quoq; hiato est ierre, quæ si avis transvolat, statim moritur.

Non procul ab urbe Levva fons est, cuius aqua, confessim ubi profluxit, in lapidem mutatur. Ejusq; similis est aliis, ad Castellum Villeck.

Apud arcem Sovvar, que Germanicè Salzburgum dicuntur, ad fines Silesiae, est fons aqua salæ, ex quo plurimum salis coquitur.

Apud urbem Maromarum, ad fines Transsylvania, & Polonia, ex cinditur ex locis subterraneis sal, petræ similis.

Misla non procul à Cassovia, celebres sunt therme.

Similiter prope Transchinum, ad fluvium VVogam, supra Calgos, salubres admodum sunt aquæ calidae, ut & propè Bano-uvizam: & intra Chemnizam Schemnizam.

In pago Smolnicz, prope Cassoviam, sive Caskam, est fons, cuius aqua ferrum rodit & absimit. Si enim ferrum solare Equi in eam consericias, intra 24. horas in lutum resolvitur, ex quo es Cyprium fit. Ibi quoq; crescit vitriolum, & flos eris.

Tibiscus fluvius, qui ex montibus Crapack in finibus Polonia scaturit, & ad Belgradum in Danubium se exonerat, tanta piscium multitudine abundat ut mille carpiones sive cyprini (quemadmodum VVernherus scribit) aureo Vngarico veneant. Tantaq; ante influxum in Danubium, ibi est piscium copia, ut sues piscibus saginentur: aër interdum expiscium abundantia & putredine, pestilenti factore inficiatur: & gravi sub pena cautum sit, ut quivis pisces suos, venum in urbibus expositos, si non venditos, exportare rursus cogatur, & aliter ex urbe non dimittatur, nisi cum rheda sua.

Tokay

Tokay unum est ex precipuis munimentis Christianorum, ad confluentiam fluvij Bodroch & Tibisci situm: est in quadrum edificatum, & vallis ex terra circundatum. Iulius Palmus scribit olim mænibus cinctum fuisse. In medio turris est in qua prefectus habitare solet: presidio militari, & tormentis bene est munitum. Nagkabus, quinq[ue] miliaribus à Tokay distans, Vallis circundatum quidem est, sed Anno 1595. à Turcis penitus est eversum.

Kala, novum est munimentum Christianorum, ante 6. annos 7. annos primum edificari ceptum, à Turcis Anno 1594. frustra obsesum est. Zackmar satis munita est urbs Christianorum, ad fluviū Samos, qui ex Transsylvania fluit.

Bator, oppidum est ad Bathorium Isthuwan, h.e. Stephanum spectans. Karoloppidum est intra Zackmar & Bathor: hic cursores qui in Transsylvania contendunt, divertere solent.

Ginnitz, duobus miliaribus ab Agria, versus Agriam sum: Ibi antea paucos adbuc annos fuerunt Monachi Christiani, qui olim homagium Turcis praefiterunt.

Sendre, aut S. Andreas, non procul à fluvio Schayo, qui infra Tokay Tibiscum influit, celebre est munimentum Christianorum, presidio bene munitum.

Eperies, urbs est montana, ad fluviū Hernath, qui infra Cassoviam labitur, à Germanis inhabitatur.

Zaros munitissima arx, uno miliari ultra Eperiem in monte excelsa sita est: in radice autem montis est oppidum Enguar, ad fluviū Bodroch (qui 2. miliaribus supra Tokay Tibisco miscetur) situm; mediocre est oppidū Christianum, quod olim, ut penè omnia hujus regionis loca, homagium Turca præstitit.

Mohay, magnus & celebris est vicus, intra Tokay & Agriam: conjunctam habet parvam arcem.

Tarez, egregium oppidum ad fluvium Sames, tribus milie-  
aribus supra Zackmar, versus Transsylvania situm; hic albus  
& rufus Hungaricus pannus conficitur.

Zegedinum, magna est urbs ad Tibiscum jacens : Turci  
quondam subjecta fuit : Hayduce autem & Razý Anno 1595.  
in Octobri occuparunt, & arcem exusserunt.

## Polonia, Cap. XXVII.

Polonia magnam partem Sarmatia Europea comprehen-  
dit, & à planis campis, qui Sclavonica lingua Pole sunt, ita no-  
minatur: in magnam & minorem Poloniam dividitur, ex qui-  
bus minor salse Polonia, in hac charta geographica conspicitur.

Quidam tamen putant, Poloniam nomen suum habere ab  
oppido Polonez, ad Vistulam sita.

Hec autem pars Polonia, versus ortum habet Russiam:  
versus meridiem Vngariam, & Transsylvania : versus occi-  
denter Silesiam: & Vistula fluvio irrigatur. Metropolis e-  
jus est Cracovia, potens, dives & pulchra urbs, ad Vistulam sita,  
babens quoq; Academiam, Anno 1361, fundatam.

Aërem habet hac regio, salubrem quidem, sed frigidum:  
abundat frumento, hordeo, & leguminibus: sed neq; vinum,  
neq; oleum in caprovenit; altos habet montes, sed versus septen-  
trionem & Lithuaniam. Cera & mellis non quam alibi tanta,  
qua hic, est copia.

Abundat quoque feris & piscibus: nullos in meridiem  
habet montes, quam quibus ab Vngaria separatur, nempe Chi-  
arnaduram & Krapac montes, qui divites sunt plumbo, & cir-  
ca Premistaum are. Duas habent Salinas, scilicet Salis, u-  
nam Vijlicza, alteram Bochnia & Visnicza præterea argentum  
cum plumbo effoditur: Crozici color cœruleus, quem Asuriam  
vocabant. Sulphur quoq; habent, quamvis aquis calidis careant.  
Lingua eorum est Sclavonica-

Digni-

Dignitas regia non est hereditaria; sed in libera electio-  
ne consistit. Duodecim autem regni sunt Palatini: Archiepi-  
scopi duo, Gnesnensis, & Leopolitanus in Russia. Episcopi sunt  
circiter 20. ex quorum numero sunt hi sequentes, qui in nostra  
charta conspiciuntur: Cracoviensis, Chelmensis, Premisiensis,  
Camenezensis, & Choczimensis in Podolia. &c. Clericatus fe-  
rè tertiam Regni partem possidet. Totum autem Regnum, cen-  
tum millia equitum facile armare potest.

Polonia usq; ad tempora Stephani Bathorii, annua 40 mil-  
lia aureorum Yngaricorum Pracopensib. Tartaris tributi nomi-  
ne pendit.

Regnum hoc non admodum est magnum: regiones autem  
adjacentes, qua Poloniis subjecta sunt, maximum faciunt. Rus-  
sia enim, Podolia, Lithuania, & alia Regiones Polonu parent.

Quamvis autem Papa, & Imperator, missa magnifica  
legatione à Polonia Rege petierunt, ut cum ipsis commune fœ-  
dus contra Turcam feriret: hactenus tamen neg; consentire,  
neg; aperte se declarare voluerunt.

### Russiæ pars. Cap. XXVIII.

Hec pars terra Russorum, qui & Rutheni & Rossolani ap-  
pellantur, Regi Polonia subjecta est, & Russi Russi dicuntur: ter-  
minatur in occidente Polonia: in meridie Transsylvania: in or-  
tu Podolia: in septentrione Littavia.

Aerem habet salubrem, opimam ac fertilem terram. Cul-  
mi enim frumenti hominis altitudine staturam excedunt. A-  
gricola sine arcu & sagitu nunquam Rus eunt. Tartaris ad-  
modum sunt infensi, & innumera pecora alunt. Leopolis, qua  
Germanice Reussen Lemburg dicitur. Metropolis, est in ea sunt  
tres Episcopi, Archiepiscopus Romanus, Episcopus Gracus &  
Armenius, qui etiam Christiani sunt. Russi enim in pluribus

Cracam, quam Romanam Ecclesiam sequuntur. Fluvius Buga urbe perluit, quae mœniis & fossa cincta est, duas satis firmas habens arces. Magna ibi sunt commercia, præcipue inter Armenios.

Anno 980. ad fidem Christianam converterunt.

Circa annum 1018. Principes Russie, Poloniæ tributarj facti sunt, quamvis non raro desciverint.

In hac Regione, ante multos annos, populus quidam Pocenzen nomine; quos aliqui Gotos, alijs Hunos sive Cumos vocant, confedit, cum antea ad Tanaim fluvium habitasset; hic non raro Russis ipsis predando ingentia damna dedit.

Russia abundat Alabastro, sive Marmore candido, quo adificare solent.

Premissia sedes Episcopaliæ, ad fluvium San, exiguum est oppidum, aggere ex terra munitum, & luteis adibus, lapideam tamen habens arcem.

Anno 1596. Mensè Decembri, Capitanus quidem Cossacarum, qui Regi Poloniae serviverat, & malum facinus commiserat, Cracoviam captivus deductus est: Cum autem ex carcere evasisset, 8000. Cossacarum congregavit, & in Russiam impressionem fecit, & ibi munitam arcem atque urbem Schuzko (ego rectius Zukov veli puto) occupavit, qua caput est principatus, & in ea puellans tantum invenit, qua magna pecunia summa à cognatis suis redempta est. Inde id Lithuaniae perrexit, & ingentia damna dedit.

## Transsylvania Cap. XXIX.

Transsylvania, major pars est ejus tractus, quem Romani olim Daciam nominarunt: ab Imp. Trajano, victo Decebalo ejus Rege, Romano Imperio subjecta: terminatur in septentrione Polonia & Russia; in ortu VValachia; in meridie Bulgaria & in occidente Vngaria.

S. Stephen-

S. Stephanus, Rex Vngariae, populum hunc armis sibi sub-  
jecit, & ad fidem Christianam coegerit, Anno 1000. Tres in ea  
nationes habitant, Germani, qui Saxones dicuntur, Vngari  
& Ciculi.

Germani Saxonica Dialecto loquuntur, & in munitiis ur-  
bibus habitant. Quidam existimant eos tempore Caroli Magni  
in has terras venisse, & armis sibi subjecisse, & in ea habitare  
caepisse. Non patiuntur ut aliae nationes in ea urbes adificant.  
Septem in ea sunt loca celebria, ex quibus Cibinium, sive Her-  
manstat, est Metropolis, satis munita, & dives auri & argenti.  
Item Brassovia, sive Stephanopolis: in ea est Academia, &  
Bibliotheca instructissima. Bistritia. Segosvavarum. Megis, pro-  
pe quem locum vinum in magna copia provenit. Zabesus &  
Colosvavarum, que omnia in hac charta signo hoc notata  
sunt \*.

Ibi quoq; est Alba Iulia, olim Tarmus dicta, sedes Episcopa-  
pis, ubi etiam Princeps plerumq; habitat.

Ciculi proximi sunt Moldavia, & à Scythis ortum trahere  
dicuntur: suis moribus ac jure vivunt. nullus inter eos est igno-  
bilis, licet stirram quotidie teneat, aut Capras pascat. Septem  
ibi quoq; habent sedes pricipuas, Sepsi, Orbay, Kysdi, Czyck,  
Gyrgio, Marc Zeck, & Aranias Zeck.

Regio hac semper fuit sub Regibus Vngariae.

Cum autem Anno Christi 1526. Ludovicus Rex Hungariae  
nullo relicto herede à Turcis interfactus esset, Iohannes Comes  
de Zips, qui VVaiuveda Transsylvania erat, Rex Hungariae elec-  
tus est à quibusdam regni proceribus. Hic se & totam Trans-  
sylvania Turcis tributariam fecit. Iohannes hic filium Ste-  
phanū post se reliquit, qui post Iohannes Sigismundus vocatus est,  
ut in

at in Hungaria diximus: quem Sultan Solimannus, Anno 1541. cum matre sua in Transsylvania immisit, ad eam cum Georgio Monacho, Episcopo VVaradino regendam. Cum autem Monachus hic pro suo libitu Transsylvania administraret, & Reginam ipsum apud Sultanum Solimannum accusavit, qui Bassam Budensem & VVaiuvodas Moldaviae & Transalpinae contra eum misit, qui pervenerunt usq; ad arcem Deuan, ad fluvium Maros: sed regressi sunt. Petrus Vichius quoq; Capitanus Lippe & Tenasvvari, cum 800. Ratianis obviam ipsi profectus, sed a Monacho profligatus est.

Regina autem obsidebat Braniz ad fluvium Maros, sed frustra: inducias deinde cum eam breve tempus pactus est. Anno enim 1547. Regis Ferdinandi auxilium contra Reginam imploravit, qui ipsi misit 1000. Hungaricos equites, & Anno 1551. Castaldum cum magno exercitu. Monachus itaq; expugnavit Albam Iuliam, quam Reginam muniverat: cumq; Zazabem recessisset, a Monacho obessa est. Ibi hunc in modum transactum est, Ut Regi Ferdinando Transylvania dederetur, & filiae Regis Ferdinandi filiam natu minimam, cum dote 100000. Coronatorum, & 25000. flore norum annuorum reddituum, duceret uxorem: & regina 150000. Coronati numerarentur pro dote quam Rex Iohannes accepisset: & Cassoviam quoq; possideret. Monachus autem deberes esse VVaiuvoda, & possidere salinas Torde. Reginam itaq; Castaldo tradidit coronam, sceptrum, Tagam, & par calceorum aureorum, insignia Regni Hungarici: quae omnia is ad Regem Ferdinandum misit: cui omnes proceres in comitiis Colosvvari celebratis fidelitatis fidem prestiterunt, ut & Saxones & Siculi, hac conditione ut privilegia ipsis salva essent: nuptia deinde celebratae sunt ad Procurationem: inde Reginae die 9. Septembris Cassoviam se contulit. Petrus Vichius decidit Andrea Bathorio ut legato Regis

Regis Ferdinandi Lippam et Temesuarum, Beschen, Becherech, Conad, & alias arces, & deinde Cassoviam abiit. Bernardus Aldene Hispanus, à Castaldo capitaneus Lippę & Temesuaris factus est, qui utramq; urbem munivit. Castaldus autem & Monachus miserunt Salimanno Tributum consuetum.

Cum autē Solimannus hac omnia cognovisset, misit Beglierbeg Gracia cum ingēti exercitu, ut Transsylvania duobus in locis adorirentur: nempe Moldavi ex uno & ipse ex altero latere: atq; ita pervenit usq; ad arcem Bescha ad Tibiscum sitam, quem fluvium duobus pontibus stravit. Itaq; Castaldus & Monachus ipsi quoq; se separarunt, quibus Ferdinandus auxilia misit. Turca autem expugnavit Bescham, & Becherech, Chonad per deditioinem recepit, Ražis, qui ipsi quoq; Regi Ferdinando juraverant, ad Turcas descendentibus. Deinde Lippam contendit. Bathorius qui castra ibi metatus erat, in fugam se convertit, ut & praesidium urbis: atq; ita consul Vrbis claves Beglierbeg obviam portavit, ac tradidit: qui deinde fortissimam arcē Salmos obsedit: sed expugnare non potuit: inde Temesuarum obsedit die 14. Octobr. usq; ad diem 22. ejusdem mensis, quo obfisionem solvit. Die 20. Octobr. Monachus à Papa accepit Galerum Cardinalium. Castaldus autem rursus obsedit Lippā, & expugnavit urbem. 8. Novemb. & arcem 17. mensis ejusdē. Deinde cum Monacho proscitus est Binsam: ego rectius VI uits legipuso, que infra Albam Iuliam jacet: ibi Castaldus Monachum interfici curavit.

Anno 1552. Castaldo se dediderunt omnes arces Monachis, in quibus ultra 250000. Coronatorum invenit. Turca hoc cognito, valde irritata est. Castaldus autem Temesuarum, Lippam, Colosuarum, Hermenstatum, & alia loca muniit. Segedinum urbs dives mercibus & negotiationibus à Turcis capta est. Et quamvis exercitus Castaldi urbem recepit, arcem

tamen expugnare non potuit, atq; ita urbe quoq; exactus est.

Post obitum Monachi Andreas Bathorius VVaiuvoda Transsylvania factus est. Rex Ferdinandus misit Comitem Helffenstenium, cum 4000 Germanis militibus veteranis & 10. tormentis in Transsylvania. Hoc anno, die 29. Iulij, Temesuvarum Turcis denuò deditum est, & potens ac populoſa urbs Karan ſebes, ad fluvium Temeſſita. Lippa, urbs & arx ab Aldene deferta, & perdita est. Caſtaldus autem munimentum Devan, non procul à fluvio Maros, valido præſidio munit; fortiſſimum enim est fortalitium hisce in locis. In hoc fortalitio quondam theſaurus inventus est, in quo erant aurea quadam numiſmata, cum imaginibus Nini, Semiramidi, Lysimachi, & aliorum: item ſerpens ex ſolido auro. Validiſſimum fortalitium Solmos, prope Lippam, cui rebus ad victum neceſſarijs, in biennium proviſum erat, & inexpugnable exiſtimabatur, à præſidiariis militibus deſertum est, qui tamen in fuga à Turciſ fruſtulati conciſi sunt. Turca autem in Hungariam contendit.

Anno 1592. Turca intra Lippam & Devam, non procul à Periade, quam ceperant, ad fluvium Maros, novum fortalitium exſtruixerunt. Anno hoc Turciſ consueta oblatio 20000. Coronatorum facta est.

Regina Isabella conquerebatur de non ſervatis ſibi promiſſis: & propterea filium ſuum VVaiuvodam in Transylvania denuo facere cogitabat: exercitus quoq; Ferdinandi valde inſenſus erat in colis hujus terra: & Caſtaldus Anno 1553. in Aprili Viennam abiit.

Anno 1556. graſſabatur peſtiſ in Transylvania.

Regina Isabella impetravit ſubſidium à Turca, qui Albam Iuliam obſedit, qua Regina ſeſe dedidit: qua deinde auxilio Si- gismundi Regis Polonia, totam Transylvaniam recepit, ſub  
prætextu,

prætextu, quas promissa à Rege Ferdinando non essent servata, Tokay quoq; sibi subjecit.

Anno 1560. inducia inter Imp. Ferdinandum, & Sultānum Solimannum, & Iohannem Sigismundum, Regine Isabellā filium, qui jam ephesus erat, pacta sunt. Mortuo autem Anno 1564. Imp. Ferdinandō, inducias hasce fregit, & quadam loca munita in superiorē Hungaria cepit, ut ibi dictum ē. In Transsyluania auxilio Turcarum, quos in sub fidium vocaverat, occupavit Castellum Pancota, Zadan, Gene, sive Geoweam, prece Gyulam.

Anno 1566. die 2. Iulij obsedit Iohannes Sigismundus, auxilio Turcarum Gyulam, munimentum fortissimum, quod ultimō sese dedidit. Turca autem, contra spem Iohanni Sigismundi, eam sibi reservarunt, & adhuc tenent; respondebant enim, munimentum hoc non aliter se ipsi tradituros, nisi 400000. Ducatos, quibus Obsidio scilicet constitisset ipsis, solveret. Capitanus Keretzinus, qui Gyulam dedidit, à Turcis captus, & apud Sultanum accusatus est, quicum accusatorum libidini permisit. Illi igitur in dolium, quod clavios longis introrsum consūs armatum erat, concluserunt, & dolium de monte quodam precipiti volutarunt, in quo ita miserrime perirebant.

Tartari, VValachī, & Turcæ, qui Iohanni Sigismundo in sub fidium venerant, rebellare quoq; cuperunt, dum Tokay obsideret, & depredabantur Transsylvanos. Igitur is obsidionem Tokay solvit, ipsis obviam processit, & aliquot millia eorum trucidavit: sed ab ipsis VVardini obsessus est, ex qua obsidione tamen elapsus, rebellantes denuò graviter afflixit, qui in Russiam & Podoliā confugientes ibi omnes deleti sunt.

Anno 1571. mortuus est Iohannes Sigismundus sine heredibus.

Post eum Stephanus Bathorius VVayuvoda sive Princeps Transsylvania factus est, qui postea anno 1576. Rex Poloniae electus est: eum in Transsylvania secutus est frater ejus Christophorus Bathori, qui mortuus est anno 1581.

Ipsi successit filius Sigismundus Bathori, qui hodie anno huc 1597 summicerum in Transsylvania praest, & anno 1594. in Comitiis Imperij Ratisponae celebratis, in numerum principum Imperij receptus est.

Anno 1592. magna fuit dissensio inter proceres Transsylvaniae, adeo ut nullus alteri fideret.

Anno 1594. Princeps Transsylvaniae propositum suum de defiendo à Turcis publ. cavit, in quod status Transsylvania Alba Iuliæ consenserunt. Huic tamen repugnarunt quidam non postremi, qui legatum Constantinopolim miserunt, & petierunt ut Balthasar Bathorius, Andreæ filius, Sigismundo remote sufficeretur: propterea Princeps Sigismundus quosdam in carcere detrusit, & ex illis quosdam supplicio affecit, reliquos in carcere retinuit.

Anno 1594. inter Imp. Rodolphum II. & Sigismundum Bathorium VVayuvodam Transsylvaniae, cui etiam VValachia & Moldavi conjuncti erant, transactio & fædus initum est, de bello conjunctis viribus adversus Turcas gerendo; ita ut nullus sine aliorum consensu pacem aut inducias cum Turcis faciat: Transylvanus etiam non subditus, & amicus & confederatus Regni Vngariae, & liber Princeps, neminiq; subjectus esse debat: ita tamen ut deficientib. ejus heredibus masculis Transylvania Hungarie rursus incorporetur, & à VVayuvoda qui indigena sit, conservatis ipsorum privilegiis regatur. Quicquid ex territorio Turcico Transylvanus occupabit, id sibi retineat: nisi

nisi ea loca ad Regnum Hungarie antea pertinuerint : qua tangē, seuda' à regno Hungarie possidere debeat. Casarea Majestas despōndit Principi Transsylvano, Archiducis Caroli lau*tabili* memoria filiam hac conditione, ut si (quod DEVS avertat) Princeps hic ex Transsylvania tota à Turcis exturbetur, Casarea majestas tantum terra & redditum definiat, in Ducatis hereditarijs, quantum ad vitam in suo statu honeste transigendam satis est.

Mense Iunio Razij quidam Transsylvaniae Principi sese conjunxerunt, & sese ad 15000. congregarunt, ac Bassam Temesvarensem adorti sunt, qui multis millibus Turcarum obſidionem Lippę impedire volebat. Razij occuparunt Ketchereth in lacu quodam ſitum, prope Temesvaram, item Ohat ad Tisbicum, & Luth Prepoſitoram.

Anno 1595. Sigismundus Transsylvaniae Princeps ſibi Matrimonio junxit Annam Christianam, Caroli Archiducis Austria, laudatiſſime memoria, filiam: que prima die Auguſti feliciter in Transsylvania appulit.

In Martio anno 1595. Tartari, qui in obſidione urbis Iauini fuerunt, domum revertentes, ab ipſo graviter afflicti ſunt. In Aprili Strenuus Baro Gestiferenzius, Principis Transsylvaniae Legatus Generalis, Turcas in Transsylvania congregatos, acriter proſligavit.

Die 2. Maij Legati ad predictum Principem venerunt à VValachis, ſub protectionem ejus ſeſe dedentibus. Mense Auguſto Princeps Transylvanus Lippam vi expugnavit, arcem autem Turca hac dederunt cōditione, ut tuti inde diſcederet.

In Septembri expugnavit Feltet, Poncota, ad fluvium Feier Rerez, qui in Lacum ad Gyulam ſeſe exonerat, & VVarasan. Item per deditio[n]em accepit Bekerek Syri Naglack, Solmos, item VVaraliam. In Novembri munitionem VVylagosvvarū.

Die 4. Februarij Anno 1596. Sigismundus Transsylvaniae  
Pragam venit, ad consilia cum Cas. Maj. de communis salute con-  
serenda: & inde in Aprili feliciter in Transsylvania redit.

Mense Mayo Turca urbem Lippam obsedit & oppugna-  
vit, sed ejus Capitaneus Barbis Georgius strenue eam defendit.

Durante hac obsidione Baro Paladitz Capitaneus Lugae ad  
fluvium Temes, 400. milites Temesuvarum misit, qua urbs  
obsidione Lippa prasidijs nudata erat: qui urbem occuparunt  
& incenderunt, quoniam autem arx firmior quam ut ab ipsis  
expugnari posset, opima cum prada domum reversi sunt. Cum  
autem Bassa Temesuvari ante Lippam incendium hoc animad-  
vertit, valde consternatus & Temesuvarum regressus est: In-  
terim Lippenses castra adorti eius & depradati sunt: ut ita Tur-  
ca magno suo cum damno obsidionem solverint. Transylvaniae  
autem princeps in eos recedentes offendit, eorum 6000. truci-  
davit, & omnia eorum tormenta, tentoria, & totam eorum  
munitionem nactus est.

Mense Iunio, cum Princeps Transsylvaniae Temesuvarum  
obfessurus esset, & jam eò contenderet, Temesuwarenses sylvā  
inciderunt, & angustas vias lignis incisis impediuerunt: Itaq;  
Lippam redit, & Ferolack, tribus milliaribus à Lippa distans,  
tormentis quassavit, & tandem certis conditionibus occupa-  
vit. Inde castra ad Conadium movit & fortalitium illud fun-  
ditus exussit: & inde Temesuvarum contendit, & urbem il-  
lam obsedit, sed insectare recessit.

Regio hęc divites admodum habet fodinas argenti, auri,  
ferri & Salis: mediocre etiam vinum in ea provenit. Transyl-  
vania communi opinione exercitum 90000. virorum contra  
hostem armare potest.

## Bulgaria, Cap. XXX.

Bulgaria, olim Mysia inferior dicta, proprios habuit Reges, qui sepius ab Imperatoribus Constantinopolitanis, & ab Hungaricis Regibus vici, & tandem a Turciis subjugati sunt.

Anno 970. Bulgaria ad fidem Christianam conversa est, temporibus Michaelis, Imperatoris Constantinopolitani, & martris eius Theodosie.

Fœcunda & delectabilis est regio, sed male exculta: multis fert vini, sed parum boni: & magnam alit copiam Aquiarū.

Pagus Bulgarici majori ex parte a Rusticis Christianis habitantur, qui simplices & miseri sunt homines, homagis, vectigalibus & alijs servitiis, magnū item vectigalibus supra modū onerati: Et quod gravissimum est, decimum quemq; liberorum, Turcarū Imperatori dare cogūtur, qui quinto qualibet anno colliguntur, & catervatim Constantinopolim deducuntur, ibi in peculari, ipsis destinata domo educantur, & rei bellicae assuefiunt.

Bulgaria in occidente terminatur Servia & Mysia superiore: in meridie ultra Danubium Transalpina: in ortu Thracia, & ab ea separatur ad fauces Istadicas, fluvio Schladiza, & monte Hemo: in meridie Albania & Macedonia,

Ad urbem Viminatum & Severinum, qua ab Imp. Se- vero adificata est, apparent adhuc hodie, ut Bonfinius ait, aliquot arcus & postes seu columnæ mirandi & incredibilis pontis, quem Imp. Trajanus supra Istrum sive Danubium adificavit. Dion Cassius & alijs scribunt, quod prope incredibile est, eum ex solido fuisse marmore, & 20. habuisse columnas, ex quadratis lapidibus constructas, distantia 150. pedum, intra quasvis existente: que arcibus conjunctæ fuerint. Ex quibus colligo pontem hunc ultra 204000. pedes, seu 40800 passus Geometricos longum fuisse. Pontem autem hunc Imp. Hadrianus incideret & diruere mandavit.

Quidam

Quidam Metropolim ponunt Nicopolim, cuius incole  
maxima ex parte sunt pastores, lacte, caseo, & carne pecorum  
suorum viventes: duri alias, rudes & inepti, sed blasphemato-  
res impiissimi: Alij metropolim ponunt Sophiam.

Sophia celebre est emporium, nullis licet manibus cinctu:  
Sedes est Turcici Bassa. Multi in cohabitant Iudei, qui ma-  
gnam exercent negociactionem: & ibi Synagogam habent.  
Multi sunt ibi Coquina. Splendidum est ibi cœnobium Turci-  
cum: cuius Monachi inurunt stigmata propria cuti, magna in-  
terdum cum lesione; quod magnorum meritorum loco habent.

Anno 1390. Lazarus Despotus Servia, qui Vngaria se as-  
sociauerat, in campo Casova, cum Turcis acriter & fortiter con-  
flicxit: ibi, Christianus quidam Imperatorem Turcicum Amu-  
rathem, cui se famulaturum simulaverat, interfecit.

Campus Casova, alias Campus Merula dicitur, propter  
magnam merularum copiam.

Ibidem columna est juxta montem, sepulchrum Amurathis.

Anno 1391. Sultanus Bajazethes urbem Kirathovva, &  
montes argenti, in finibus Albaniacepit: simulq; VVidin sive  
Viminatum ad Danubium occupavit.

Anno 1394. Turca Bulgaria totam occupavit: contra  
eum cum exercitu profectus est Rex Vngaria Sigismundus, &  
recepis Oristum, Budinum, & obsedit Nicopolin: sed à Turca  
profugatus ac caesus est, cum XX. millibus Christianorum.

Anno 1409. infra Belgradum iterum caesus est.

Anno 1439. occupavit Turca Zenderoviam.

Anno 1448. edificavit Turca Geronium arcem, qua Gur-  
gusa est ad fluvium Moravum.

Anno 1458. cepit Mahomethes II. Semandriam ad Belgradum.

Mense Februario, Anno 1595. congregarunt se 2000.  
Razijs & Heiducca, & Danubio superato Sophiam adorti sunt,  
diripue-

diripuerunt, & incenderunt, & ingentem inde prædam aspor-tarunt. Paulo post milites Michaëlis VVaiuvode VValachici ur-bem Silistriam, in qua ingentes opes invenerunt.

Cum autem arcem sine tormentis expugnare non possent, urbem incenderunt. Deinde per Danubium, qui glacie con-creverat transferunt: redeuntibus autem illis, aqua Danubia tres pedes supra glaciem fluxit: super qua tamen contempto pe-riculo ambularunt, & ita denuo Danubium transferunt.

Mense Iulio Turcae, quia in VValachia profligatis fuerant, se secollegerunt ad Nicopolim: Sed à Transsylvania Hayducis, in fugam acti sunt, qui eos in urbem usq[ue] persequentes, plus quam 3000. Turcas trucidarunt: urbemq[ue] diripuerunt & in-cenderunt.

Mense Augusto Capitanus celebris propugnaculi Raran-sebec, ad flu vium Temer situm, Georgius Barbel nomine, eductis suis militibus praesidiarijs, firmissimum, licet parvum, fortalitium Bockiam, non procul à Danubio situm, occupavit: Dein mo-vit castra ad Varsat 4. miliaribus à Belgrado, & 5. miliaribus à Temesvaro situm, quod fortalitium similiter cepit & exusit.

### Thraciae sive Romaniae pars. Cap. XXXI.

Thracia, alias Romania dicta, propter sedem Imperialem, è translatam, amplissima est regio, in oriente habens Pontum Euxinum, aut mare nigrum, cum Bosphoro Thracico, sive an-gustia maris intra Constantinopolim, & minorem Asiam: ver-sus meridiem habet mare AEgeum, versus occidentem Bul-gariam, versus septentrionem Syriam, & Danubium. Qui-dam Greciam appellant, alijs Imperium Turicum. In ea situs est maximus mons Rhodope, ab Orpheo ita nominatus: item mons Hemus. Accolæ eorum sunt animosissimi totius Thraciae: inve-nierunt primi rationem effodiendi ferri, cuius etiam elaboran-di officinas multas ibi habent.

Thevetus ait in Gracia, Dalmatia, Servia, superiore & inferiore Mysia, ultra 6000. aut 7000. esse domus Christianorum, sub Turcica Tyrannide habitantium, & onus aliud nullum sentientium, quam quod duos magnos Falcones annuatim Sultano Turcico dare coguntur.

Metropolis est Constantinopolis, olim Bizantium dicta, quae postea Romanorum Imperatorum sedes fuit. Constantinus Magnus eam instauravit, & de novo fundavit, & novam Romanam, simulq; totam regionem Romaniam dici voluit: ad eam vero ornandam omnes propemodum urbes vicinas nudavit & spoliavit.

Imperium hoc, à temporibus Constantini magni, usq; ad tempora Nicephori, duravit annos 468. & à 29. Imperatoribus gubernatum est. Postquam autem Carolus magnus Roma in occidente Imperator electus est, ac regnare caput, vires hujus Imperij orientalis diminuta sunt: sed tamen ab eo tempore, usq; ad annum Christi 1453. à 47. Imperatoribus administratum est, donec Mahometes II. Sultanus Turcicus, urbem vi expugnavit, & misere devastavit: in ea hodieq; aulam suam habet.

Anno 1350. Vrchan sive Orchanes secundus Sultanus Turcicus, primū ex Natolia, sive minore Asia in Romaniam venit, & expugnavit urbem Gallipolin: quæ hodieq; sedes est Bassa Turcici.

Amurathes Sultanus III. cepit anno 1360. Chiorh, Burgos, Dimocurum, Adrianopolim, & Philippopolim.

Anno 1366. Christiani Adrianopolim obsederunt quidem cum 50000. virorum: sed vino obruti, noctu à Turcis oppressi, casi & profligati sunt.

Anno 1415. Mahometes I. ex Asia minore multos Tartaros eduxit, quos Tamberlanes post se reliquerat, & illis arcem Cunasim & circumiacentem regionem, prope Philippopolim tradidit, ubi etiam hodie habitant.

Ann.

Anno 1416. expugnavit urbem Sarras in Romania: quā  
ego Seres esse existim.

Anno 1444. incendio periit tota urbs Adrianopolis. Eodē  
anno Vladislauus Vngaria Rex, durantibus induciis, cum Amu-  
rathe pactis, magno cum exercitu adversus eum profectus est,  
sed ad fluvium Varnam, qui in Pontum Euxinum influit, mis-  
eransum in modum cæsus est, adeo ut ipse, cum multis principi-  
bus, & Episcopis, ac 30000. Christianorum occubuerit.

Anno 1451, Mahometes II. novam arcem Adrianopolis condi-  
dit: Item infra Galatam, fortissimum castellum, Neocastrum  
nomine, quod plerumq; nigraturris appellata fuit: ex ea Consta-  
tinopolim valde afflixit, & tandem anno 1453. expugnavit.

1. Imperium Turcicum cœpit circa annum Christi 1300. ab Othomanno, qui mortuis est anno	1327.
2. Vrchan sive Orchanes, mortuus est anno	1357.
3. Amurathes anno	1390.
4. Bajazethes à Tamerlane captus anno	1403.
5. Calepinus, sive Emir Solimannus, anno	1411.
6. Musa sive Moyses anno	1414.
7. Mahometh I. anno	1422.
8. Amurathes II. anno	1450.
9. Mahometh II. anno	1481.
10. Bajazethes II. anno	1512.
11. Selimus, anno	1520.
12. Solimannus anno	1566.
13. Selim II. anno	1575.
14. Amurathes III. anno	1595.
15. Mahometh III. adhuc hodie rūsumma præst.	

## VValachia. Cap. XXXII.

VValachia duplex est, interior, qua & Transalpina sive  
Montana, propter altissimos montes, dicitur: & propriè dicta  
VValachia. Vtraq; terminatur, in meridie Bulgaria & Istro sive

Danubio: in oriente & septentrione fluvio Mysovo, sive Zeretho, qui à Moldavia eam separat: in oriente Transsylvania.

Moldavia autem à quibusdam major, Nigra, sive superior VValachia dicitur. Nomen autem fortita dicitur à Romano quodam Legato, seu Praefecto, Flacco nomine, à quo Flaccia dicta, unde postea exigua mutatione VValachia nomen factū est.

Italica quoque lingua olim usi sunt, sed eam ita corruerunt, ut natus Italus VValachum vix intellecturus sit.

Fuit autem VValachia olim Vngaris tributaria, semper tamen suum proprium principem, sive VVayvodam habuit.

Anno 1391. Turcica excursiones & direptiones in his locis cœperunt.

Anno 1394. VVayvoda Merkerus strenuum sese adversus Turcam gesit, ad Nicopolim.

Anno 1415. Mahomethus impressionem fecit in VValachiam, & VVayvodam coëgit annum pendere tributum.

Anno 1425. VVayvoda à Turcis rursus defecit: sed Turcicum exercitu in VValachiam profectus, eum tributum consuetum denuò pendere coëgit: magnam præterea & opulentam prædam inde asportans.

Anno 1461. VValachiam iterum invasit, è quod Regibus Vngariae auxilio fuerat.

Anno 1486. Alibeg Turcicus cù magno exercitu in VValachiam venit & sese VVayvodam conjunxit, qui ambo in Moldaviam impressionem fecerunt, & eam incendiis & direptionibus infestarunt. Fuerunt autem VVayvoda VValachici Turci tributary, usq; ad annum 1590. quo Sigismundus Transsylvania Princeps ab illa tyrannidi eos liberavit: prius autem subditi Turca fuerunt, non minus atq; VVayvoda Moldavia, ad eum non tantum Tributum annum pendere, verum etiam Turcie.

Turcis contra Christianos belligerantibus, copias auxiliares, & res ad victum necessarias subministrare coacti fuerint.

Anno 1551. Radul (ut & pater ejus) VVayuvoda Transalpina & VValachia fuit, & à Marco, aut Mirca quodam, qui scipsum VVayuvodam fecit, ejectus est. Radul autem ad Castaldum, præfectum Copiarum Regis Ferdinandi, in Transsylvania venit, cui aliquando 5. aut 6. equis serviverat, & ab ipso auxilium petebat, qui ipsi concedebat 700 equites, & 1500. Haiduccas. Ita collegit exercitum ad 12000. virorum, quibus invasit Mircam, qui 80000. hominum habebat, eumq; convertit in fugam. Atq; ita Radulo Tergovisci denuo homagium præstitum est. Verum à Mirca, qui ad Turcam anfugerat, auxilio Turcico denuo ejectus est.

Anno 1552. VVaivoda Mircas, auxilio Turcarum conabatur Castaldum profligare, & Isabellam Iohannis Regis filiam in Transsylvania inmittere. Et eo consilio magno exercitu Turcarum & Tartarorum Transsylvania petebat: sed à propriis ministris in tentorio suo obruncatus est, cum omnibus suis agnatis, pro regionis hujus consuetudine: atq; ita Radul rursus recipiebatur.

Mense Ianuario Anni 1595. cum Transsylvania Princeps cum casarea Majest. sædus fecerat, adversus Turcam: Cosaca quoq; Turcum jugum excusserunt, & se Transylvano subjecerunt. Rustici VValachici magno numero se congregarunt, ac mulier plaustra, & Camelos victualia in Hungariam portantes, & de hoc hoste non cogitantes, diripuerunt, & aliquot milliabrum ipsis ademerunt.

VValachi quoq; Sinani Bassæ, Belgrado Constantinopolim redeuntis, comitatum trucidarunt, & omnem ipsi prædam ademerunt, adeo ut ipse Sinan Bassa vix evaserit. Dicuntur deinde Nicopolim ad Danubium, Killam (ego Pillam legendum

perit, Nam Kilia in Bassarabia jacet) & alia loca munita incendiisse. Postea Schmidiam contenderunt, ac urbem & arcem expugnarunt (in qua 17. tormenta majora invenerunt) eamque 2000. VValachorum praesidio muniverunt. Ego reperio Smilie mentionem apud Herodotum: situm autem ejus ignoror: credo autem esse Selim, que in Tabulis Geographicis interdum transpositis literis legitur. Expugnarunt item Kiliam, exusserunt Carsil, obsederunt Brailam, ad ostium Zerethi in Danubium, qua loca omnia sese dediderunt.

Anno 1595. Mense Februario, Imperator Turcicus ad Regem Poloniae duos Chianos misisse dicitur, qui in itinere apud VVayvodam divertentes, humaniter excepti: sed a ministris ejus, una cum 140. Turcis comitibus eorum, magno furore obtruncati dicuntur.

Mense Martio rumor fuit Sultanum Turcicum Adriano-poli appulisse, & cum Tartaris & Polonis VValachiam invaserū esse: quapropter Princeps Transsylvania, qui tum adhuc Pragae erat, ab aliquot Cursoribus, qui subinde alias post aliud veniebant, domum vocatus est. Michael quoque VVayvoda VValachia subisdium a Cas. Maj. petiit, & ipse quoque suos collegit, adeo ut intra dies 14. exercitum haberet 12000. Absente Transylvano Sultanus Turcicus duos Chianos cum donis magnificis ad VVayvodam VValachicum misit, petens Bassa suo transitum per VValachiam couedi: Sed VVayvoda continuo denegavit,

Mense Martio Haiduccæ ex VValachia oppidum Plivia, infra Nicopolim situm invaserunt, in quo multi divites Turcae & Iudei habitarunt: Sed hi omnes, quotquot invenerunt, trucidarunt, urbem everterunt, & opima spolia abstulerunt. In redditu autem a Ianitscharis & Turcis Nicopolitanis invasi sunt, quos tamen strenue in fugam verterunt, & cum predas sua incolumentes in VValachiam venerunt.

Mense

Mense Aprili Sultanus Turcicus Transsylvaniae Principe ab Imperatore nostro avellere tentavit, sed ille categorice hoc denegavit. Turcae etiam qui passim in Moldavia & VValachia habitarunt, à reliquis incolis & Christianis omnes caesi sunt,

Mense Mayo conatus est Ferat Bassa superato ad Nicopolim Danubio, VValachiam invadere: sed male est acceptus.

Eodem Mense duodecim VValachia principi Bajari, inter quos etiam Archiepiscopus fuit, ad principem Transsylvaniae venerunt, ejus tutela se dedentes.

Sultanus autem Sinan Bassam cum 50000. Turcarum, & tribus novis VVaivodis, VValachia, Moldavia & Transsylvania presentandis, misit.

Sinan Bassa ponte Danubium stravit. Sed Transsylvania princeps ipsi obviam processit: die 13. Augusti ingens cum ipso praeclaram commisit, in quo, Dei beneficio, Turcae succubuerunt, & Hadar Bassa ipse vitam amisi.

Tartarorum quoq; aliquot millia, ex obsidione Iaurini domū revertentia, in VValachia à Principe Transsylvania caesa sunt.

Sinan Bassa autem Constantinopolim reversus, secunda vice in VValachiam exercitum 70000. Turcarum duxit, atq; iterum Danubium ponte stravit, prope Zor Zam sive Giorgo, sumptu 60. millia Ioachimicorum excedente: Cui Hassan Bassa, & Michaël, paulo ante VVaivoda VValachia, qui ad Turcas descivit, cum multis aliis Turcis & Tartaris se conjunxerunt.

Die 17. Octobris, Transsylvania Princeps castra Tervissum usq; promovit, ad quam urbem Sinan Bassa, toto suo exercitu castra metatus erat: Vrbem ipsam quoq; & arcem, quam Michaël VVaivoda ex canobio exstruxit, Hassan Bassa, & predicto Michaëli commiserat, & praesidio 400. Turcarum muniverat.

Sinan

Sinan Bassa autem subito in fugam se vertit: atq; ita Trässylvanus urbem vi armata expugnavit, & Hassam Bassam cepit. Michaël autem Apostata occubuit.

In urbe, quæ circiter 400. domos complectitur, reperta sunt 42. majora tormenta.

Die 21. Octobris, Transsylvanus cepit Castrum Bucaresch, in quo etiam 39. tormenta majora reperit: atq; deinde Sinan Bassam persecutus est, qui pontem superare festinavit, quem superatum statim rescindi curavit.

Die 27. Octobris, Transsylvanus tormentis quassavit & armis expugnavit munimentum Giorgo, sive Zorgam, in quo item 39. fuerunt tormenta majora: atq; his tribus supra dictis locis, nempe Tergovisi, Buccaresche, & Zorza, plus quam 26000. Turcarum & Tartarorum casas sunt.

Munitis his locis praesidiis necessariis, Princeps Transsylvaniae domum reversus est.

Mense Novembri, Turca Brailam in VValachia deseruerunt, & Danubium trajecerunt.

Anno 1596. in Februario totus tractus à finibus VValachia usq; ad Euxinum Pontum, qui 28. Comitatues complectitur, & multos vicus & arces habuit, ingens tributum Turcis pendentes, à VValachis & Transsylvanis plane devastatus est.

Moldavia porrigitur versus ortum Bessarabiam usq; ad pontum Euxinum: in meridie fluvio Sereto, sive Misovo à VValachia distinguitur: in occidente confines habet Transsylvanos Ciulos: in septentrione N iestros sive Tyria à Podolia separatur. Atq; hic non pauci scriptores errant, dum fluvium N iester, pro Nieper sive Boristhene accipiunt.

Moldavia propriè ita dicta, in longitudine & latitudine habet circiter miliaria 64.

Dicimus

Dicitur quoq; VValachia magna sive nigra, propter frumentum nigrum quod in ea magna copia provenit. Atq; proprium suum habet principem, sive VVayuvodam, qui Regi Poloniae olim etiam jurejando obstrictus fuit: Populus habitu & armis Vngaris est similis, nempe frames & glypecos gestans: sunt bellicosi quidem, & animosi, sed Barbari. Christum quidem morunt, sed Gracorum Ceremonias observant.

Multa inter eos sunt sectæ, & nationes, nempe Russorum, Rascorum, Armeniorum, Tartarorum, qua ibi habitant: item Cœnobia quedam Monachorum. qualibet verò secta suas ceremonias & institutum sequitur. Tartari autem 500. ibi proprias habent sedes: jurejurando tamen VVayuvodam, in expeditione contra Tartaros externos sequi obstricti sunt.

Principi pagi aut castella Moldavia (nam nulla ibi sunt urbes) sunt Soczovvo, qua sedes est principis: Miemecx, quod castellum inter omnia alia, cum arce Romani VViqvav, muro cinctum, & conjunctum est: Vaslui, Totros, Barlath: quamvis reperiam etiam Iassy sedem regalem fuisse.

VVayuvoda in consueto suo comitatu 3000. equitum a lere solet. Et olim 6000. equitum in expeditionem mittere potuit. Generosi hic nascuntur equi VValachici Filius Principis sive legitimus sive illegitimus sit, patri in principatu succedit. Quamprimum principi filius nascitur, stigma ipsi inurunt: amore enim regnandi sepius sese invicè conficiunt, & propter eararo diu regnare solent, ut & in VValachia.

Anno 1455. Mahomet II. VVaiuvodum Petrum adoratus est, & hanc regionem tributariam fecit, & annuos 2000. Aureos pendere coegerit, que summa deinde ad 10000. Ducatos Hungaricos ascendit: tandem ad 60000. Coronatorum pervenit, quam annuatim usq; ad annum 1593. solverunt, donec scilicet à Transsylvano liberatis sunt.

Anno 1455. in Octobri Sultanus Turcicus misit Ludovicum Gritti, filium naturalem Ducis Veneti, qui in magna apud ipsum gratia erat, ad Iohannem Zapoliam, qui contra Ferdinandum Regem, Rex Hungariae designatus erat. Hic igitur Constantinopoli primum in Moldaviam venit ad VVaiuvodam Petrum, cui dona ferebat, inde Brassavium, seu Cronstatum in Transsylvania, ubi fuit interfectus. Propterea Sultanus Solimannus VVaiuvodam Petrum cum exercitu invasit, quod Gritto suppetias non tulisset. Hic Petrus fere quotidie excurrebat in regionem Pocnuze dictam, & ad Polenos spectantem: in qua semel in Capitanum Polonicum Iohannem Tarnovium incidit, ab eo q̄, graviter afflictus & in fugam versus est, amissis omnibus tormentis. Cum autem Solimannus Danubium trajectisset, cum Stephano VVaiuvoda Petri fratre, quem is expulerat: Petrus Soczowva (quam quidam Zuthuam nominant) licet à se se munita non fudit, sed cum uxore, liberis, & universa familia Choczym ad fluvium Tyras concessit. Occupata igitur à Solimanno Moldavia, Stephanum is in fratri sui locum sufficit, & Constantinopolim reversus est. Rex Iohannes obsecdit VVaiuvodam Petrum, qui se dedidit. Stephanus autem VVaiuvoda petebat fratrem suum potestatis uideri, sed frustra. Solimannus quoq; Petrum petuit secunda vice. Is igitur Constantinopolim, non ut captivus, sed tanquam legatus proiectus est, & ibi in gratiam receptus, & ipsi permisum Pereant Galata habitare. Paulo post frater ejus VVaiuvoda Stephanus à propriis subditis occisus est, & quidam nomine Alexis VVaiuvoda designatus. Cum autem Moldavi cognovissent Petrum adhuc vivere, Alexin quoq; occiderunt, & Petrum denuo receperunt.

Anno 1561. Gracus quidam, qui se Iacobum Heraclidem Basilicum nominavit, & originem familie ab antiquis Moldavia principibus ducere profitebatur, seq̄ principem in Samo, &

Paro

69

Paro (duae sunt insulae Archipelagi) esse dicebat, auxilio quo-  
rundam Baronum Polonicorum, VVaiuvodam sive Despotem  
Moldavia Alexandrum, crudelē Tyrannum, Moldavia tota  
expulit, & ipse in locum ejus VVaiuvoda factus est, quod donis  
a Sultano Solimanno impetravit.

Anno 1563, VVaiuvoda hic Iacobus ab infidelibus suis  
subditis occisus est: & Demetrius Visznovietzky ei suscepitus,  
qui paulo post Solimanno ad certam necem missus est. Hunc  
secutus est Thomsa, qui etiam non diu fuit VVaiuvoda: Molda-  
vi enim revocabant Alexandrum Tyrannum expulsum, quem  
Thomsa fugiebat in Poloniā: & jussu regis Sigismundi, Leo-  
poli in Russiā decollatus est.

Alexandro mortuo, filius ejus Bogdanus VVaiuvoda  
Moldavia factus est. Hic Anno 1572. circa Bachanalia in Polo-  
niā fugit, auxilium eorum imploraturus. Moldavi enim Iuonias  
sive Iohannem, ut VVaiuvoda fieret, vocaverant, eīq[ue]  
homagium praestiterant, & promiserant Bogdanum cum fratre  
suo Petro in potestatem suam tradituros. Bogdanus autem  
cum exercitu pervenit Stepanovvizam ad fluvium Pruth, &  
tormenta Chocima adferri curabat: ibi crebrae fiebant velita-  
tiones. Iuonias autem, qui multos Turcas, Gracos, & Servia-  
nos in exercitu suo habebat, viribus erat superior: Itaq[ue] Bogda-  
nus per legatos Constantinopolim ab Iuonia missos, transactio-  
nem petebat, sed frustra: atq[ue] ita in Poloniā redire coactus est.  
Iuonias autem obsidebat arcem Cochim, cumq[ue] eam expugnare  
non posset, scribebat Sigismundo Augusto, tale juramentum se  
praestisurum offerens, quale ipse impositurus esset. Itaq[ue] hoc  
Iuramentum ipsi prescriptum est: Ego VVaiuvoda Moldavia  
& VValachia, Dominus & heres istarum provinciarum,  
testor D E V M omnipotentem, me meosq[ue] posteros cum  
Senatu & subditis, Sigismundo Augusto, suis posteris, &

Regno, Rei<sup>q</sup>, publica Polonica, tanquam vasallos & subditos fideles & obedientes futuros. Hoc jureamento prestito Debros-  
solovius cum exercitu suo ex arce Chocim abiit.

Anno 1574. Iuonias VVaiuvoda Moldavia, cum à Bog-  
dano tutus esset, à Sultano Selim invasis est. Petrus enim VVai-  
uvodæ Vaalachici frater, offerebat Turca loco 60000. Coronato-  
rum, quos Iuonia annuatim numerabat, alterum tantū, nem-  
pe 120000. Coronatorum, tributum. Solimannus igitur auctio-  
nem Tributi ab Ionia petebat: qua denegata mittebat VVai-  
uvodam VValachia cum 32900 Turcis, & 2000. Hungaris in  
Moldaviam, cum mandato Iuoniā capiendi, & ipsi Petrum  
surrogandi. Iuonia parabat se ad defensionem, et VVaiuvodam  
VValachia noctu invadens, omnes suo trucidabat, nam equi  
eorum erant in pascuis VVaiuvoda autem & frater ejus Petrus  
fugiebant Brajolovium ad Danubium, qua urbs Solimanni e-  
rat. Iuonia vero in VValachiam ingressus, qua via obvia occu-  
pabat, infantes pariter & adultos trucidabat, & castra move-  
bat ad Cronstatum in Transsylvania: Deinde regrediens obsi-  
debat Brajoloviam, quam vi expugnabat, & obsidebat arcem,  
cui 15000. Turci in subsidium veniebant, quos in fugam con-  
vertebat & castra movebat ad urbem Tehiniam ad fluvium  
Tynam sicam, & Turci subjectam, quam etiam expugnabat.  
Sexcenti ex suis Cosacci expugnabant urbem Bialograd, non  
procul ab influxu Danubi in pontum Euxinum: ex qua cum  
ingentem pradam abstulissent, eam incendebant. Omnes sibi  
obviam venientes in fugam vertebar. Capitaneum quendam  
mandabat occidi, qui pondus sui corporis sexies, nempe bis auri,  
ter argenti, & semel margaritarum, pro vita sua se daturum  
pollicebatur. Tandem redibat in urbem suam lassy, & mittebat  
Capitaneum suum Ieremiam Czarnamecum ad Danubium, ad  
prohibendos Turcas trajectu, pricipue ad urbem Oblatz (ego  
Obrabat)

Obrabat legendum existimo) Hic Hieremias 30000. Duxatorū à Petro VVaiuvoda VValachici fratre corruptus est, & 200000. Turcarum Danubium trahicere permisit, & scribebat Iovonia, se à Turci sui superatum. Iovianas igitur obviam ipsis procedebat; Hieremias cogebatur inter primos pugnare, qui ferè omnes interficiebantur: Et quamvis multa millia Turcarum occubuerant, tamen castra Iovonia à multitudine ipsorum circumdata sunt, & ipse sese Turci dedere coactus, & ab illis decollatus est.

Anno 1581. hic VVaiuvoda Petrus à VVallacho quodam Potkovva nomine, qui Capitanus ejus fuerat, expulsus est: Hoc male habebat Stephanum Polonię regem, qui fratrem suum Christophorum Transsylvania VVaiuvodam literis monebat ut hoc impeditret. Is igitur Potkovvam Moldavia expulit, qui in Polonię veniens, captus & ad regem Stephanum deductus est. Potkovva hic incredibili robore corporis erat praditus. Nam ferream soleam equi, manibus non aliter ac chartam frangere poterat: Et quamvis salvo conductu regio munitu erat, tamē jussu Regis VVarsovia decollatus est.

VVaiuvoda Petro Anno 1581. aliud damnum accidit. Nam Bassa Achmet eum de Dominatu suo deturbavit, & Iaucolam Saxonem, ex Transsylvania oriundum, VVaiuvodam constituit. Hic VVaiuvoda Iaucola cū alieniorem erga Stephanum Polonię Regem se exhibuisset: petiit is à Sultano Amurathe, ut alio Modavia preficeret. Iaucola autem hoc cognito, ingentem thesaurum collegit, & in Hungariam festinavit. Quia autem via per Transylvaniam clausa erant, per Pocnuzam proficisci instituit: sed à prefecto ejus loci Smatino, captus, & mandato Stephani Bathory Regis Polonie (qui eum de interceptus suis ad Sultanum Turcum missis literis incusabat) Leopoli Russie, decollatus est: Rex autem Thesaurum retinuit.

Anno 1593. in Ianuario Turcici Cosacce, cum VVaiuvoda Moldaviae graviter confixerunt; & quamvis Transylvanus ipsi suspectias tulit, tamen Christiani succubuerunt. VVaida autem captivus Constantinopolim missus, & accusatus, eiq[ue] nares fissa sunt.

Anno 1595. Han Tartaricus instinctu Sultani Turcici Moldaviam invadere, & iugo Turcico denuo subjecere tentavit: VVaiuvoda Aaron, populum, quantum festinans potuit, collegit, eiq[ue] Michaël VVaiuvoda VValachia suspectias tulit, atq[ue] ita Tartarorum aliquot millia casa, & ingens preda ab ipsis reportata.

VVaiuvoda autem Aaron pergens, multa loca munite Turcarum ad Danubium occupavit.

Mense Februario VVaiuvoda Aaron satis strenuum se adversus Turcam præbuit, & Michaëli VVaiuvode VValachia suspectias tulit contra Hassam Bassam, & Ianiculam profugum VVaiuvodam. Hic enim Ianicula, Ianicula Bogdani olim Moldavici VVaiuvodæ filius, à Sultano aliquem numerum Turcarum copiarum petierat, quibus hyeme, aquis frigore concretis, VValachiam invaderet, & Michaëlem VVaiuvodam, qui se Transylvano conjunxerat, ex ea expelleret: eiq[ue] Habraim Hassan Bassa cum 10000 Turcarum equitum & peditum additus est: qui tamen à Michaële VValachia, & Aarone Moldavia VVaiuvodis, multis cassis in fugam conversi sunt. VVaiuvoda Michaël pervenit usq[ue] ad Pontum Euxinum, cepit, diripuit, & exusus suburbia Nicster Alba: Deinde trajecto Danubio Sophiam & Silistriam quoq[ue] evertit, ut dictum.

In Aprili VVaiuvoda Aaron Turcum propugnaculum Tehiniam, ad fluvium Tiras, obsedit: sed sine causa obsidionem soluisse dicitur: atq[ue] ita ob varias suspiciones, & quod cum Poloniis conspirasset, una cum uxore captivus Albam Iuliam du-

Etus est: Princeps autem Transsylvaniae quendam ex fidelibus  
egus ministris, Stephanum nomine, cum consensu statuum VVai-  
vodom fecit.

Mense Augusto, Iohannes Zamosky, Cancellarius Regni  
Polonie, cum magno numero Polonorum, prope Smatin, ad fluvium  
Pruth, ad fines Moldaviae, castra habuit, captans occasiones Mol-  
daviae occupanda. Et quamvis Legatus Pontificis ex Polonia  
Transsylvaniae, scriptis ad eum literis, securum esse iussit, licet  
plus quam 50000. hominum congregata essent, propterea quod  
solummodo ad praecludendam viam Tartaris eò missa essent:  
Tamen cum Sinan Bassa ingenti exercitu in VValachiam veni-  
ret, adversus Transsylvaniae, & Moldavicus VVaiuvoda Ste-  
phanus Transylvano in auxilium venisset: Poloni in Septem-  
bri in Moldaviam impressionem fecerunt, Chozym ad fluvium  
Niester obfederant, qua urbs sese dedere & Polonicum praesidi-  
um recipere coacta fuit. Cancellarius autem Iassiam petiit, qua  
metropolis & regia sedes in Moldavia fuit: ubi magnifice ex-  
cepitus est: & ad rebellionem totius regionis ejus excitandam,  
Baronem Hermiam, sive Ieremiam Mogliam, VVaiuvodam  
designavit, qui fidelitatis juramentum à populo accepit. Quod  
cum VVaiuvoda Stephanus cognovisset, cum exercitu suore-  
gressus, & Polonus in opinato aggressus est, & una cum VVai-  
voda Ieremia expulit.

Erate o tempore etiam tertius quidam, quis Bassam sive  
VVaiuvodam Moldavia scribebat, nempe, Sandziachus,  
(Turca aut Tartarus) Tehinia ad fluvium Niester aut Tyras  
site.

Hunc Sinan Bassa VVaiuvodam in Moldavia constituere  
voluit, ni à Transylvano profligatus esset.

Paulo post in Octobri Tartarorum 70000. per Podoliam Moldaviam, & VValachiam irripere voluerunt, contra quos Cancellarius, qui illis in finibus erat, se accinxit, & suis animis addidit. Tartarus trajiciebat die 17. Octobris fluvium Niester, & mittebat ignominiosas literas ad Cancellarium, ut & Zanchiachus Tehinianus, qui se Bassam Moldavia & VValachia appellabat; quod nimirum Sultanus Turcicus has terras (ut litterae eorum sonabant) Tartarus profidelibus ipsorum servitus, donaverit. Die 19. Octobris, ut & die sequente, pugnatum est, & ultra 3000. Tartarorum casae sunt: Tartarus deinde inducias petiit, & pacem perpetuam cum Poloniis fecit, hac conditione, ut intra triduum ex his terris abirent & nūquam posthac Poloniā aut Moldaviā attingerent: quod Polonia Rex Cas. Maj. in Decembri literis ita nunciavit, Copiarum nimirum suarum prefectum Moldaviam in commodum totius orbis Christiani occupasse: & Transsylvania conservasse, ac contra Tartaros defendisse: eo præsertim tempore, cum Transsylvania Prin- ceps alij in locis tantandis occupatus fuerit.

Eodem hoc tempore Papa ad Regem Poloniae, propter conatum Moldavia occupanda acres literas misit: nihilominus tamen VVaiuвода Hieremias Moldaviam vi tenebat. Cumq; Transylvanus Stephanu sive Kiszuwan VVaiuвода cum 5000. viroru ad Moldaviam occupandā misisset, commissa est acris pugna, in qua Stephanus VVaiuвода captus & Ramuzam deducens est, ubi palo transfixus dicitur.

In Julio Transylvanus à VVaiuвода Moldavico literas accepit, Tartaros ad 100000. esse in finibus Moldaviciis, quibus ad petitionem Haani, seu regis illorum virtualia Niester Albā usq; miserit: unde Tartari Constantinopolim navigare valuebunt. Cum autem id non possent, mensē Augusto transitum per VValachi-

Walachiam & Transsylvania, à Ieremia Polonico VVaiuvodapetierunt, qui ipsis denegatus est.

## Bessarabia. Cap. XXXIV.

Bessarabię tangit in occidente Moldaviam, cuius pars est: atq; Iſther, sive Danubius sc̄x aut septem ostiis in Pontum Euxinum in ea se exonerat.

Territorium Polonorū usq; ad hanc Regionem se exten-  
dit. Anno 1485. Sultanus Bajazethes arcem Kiliam Moldavi-  
vis ademit: arcem item Kermen, Bialogrot, sive Moncastrum,  
bodie à Tartaris habitatam, unde hic tractus Tartaria Bialo-  
grodensis dicitur.

Oppidum & Arx Thehinia, ad fluviū Niestrum sita, ad-  
huc est in potestate Turcarum: atq; prædictus fluvius per lacum  
Fidovas sive Ovidova: in Pontum Euxinum se exonerat, in cu-  
jus ostio est Turris lapidea, cuius Strabo meminit, Turris Neo-  
ptolemi dicta: & vicus Hermonactis.

Locus à Cosacis valde infestatur, & peregrinantibus se-  
curus non est: qui si in prædones illos non incident, semper ta-  
men intersectorum cadaverā ibi reperiunt.

Anno 1593. in Decembri, Moscovitici Cosace, numero  
ad 3000. urbem Niester Albam, ad pontum Euxinum sitam, in  
qua plurimum salis conficitur, invaserunt, & ingentem prædā,  
omnesq; incolas captivos abduxerunt, & urbem incenderunt.  
Inde, se moverunt Kilianum, quam etiam expugnarunt diri-  
puerunt, & everterunt. Poloni fines suas præsidii militum  
contra impressiones ejusmodi muniverunt.

Anno 1595. Mense Februario & seq. Regio hæc ad osti-  
um Danubij in pontum Euxinum, à Moldaviis & W'alachis de-  
vastata est, qui occuparunt & devastarunt urbem Niester Al-  
bam ad Pontum Euxinum sitam, & Vrbē Kiliā: Castella autem

expugnare non potuerunt: Carfilam quoq; & Obrabazam in Insula sitas, & alia plura loca invaserunt.

### Podolia. Cap. XXXV.

Podolia olim Roxolana dicta est, Regno Polonie subjecta, sanguis in occidente Russiam, in septentrione Littaviam, à qua fluvio VVoga, sive Hipani distinguitur: versus ortum habitant Tartari Oczacovienses: versus meridiem est Moldavia, à qua fluvio Niester, sive Tyra separatur. Est terra plana & fertilis, quam duobus aut tribus annis semel tantum conserere satie est, ut etiam sequentibus anni frumenti satis ferat.

Multum salis habet, quod ex Lacu Cutzuran conficitur, prasertim arida tempestate: & propterea perpetuum cum Tartari bellum gerunt incole.

Multos producit generosos & egregios equos, tam feros & sylvestres, quam mansuetos: plurimum etiam mellis habet, quod in excavatis arboribus & rupibus, ab apibus congeritur.

Metropolis est Camenecz ad fluvium Semetric, natura loci inexpugnabilis, utpote inter rupes sita, adficia ejus sunt vilia, ex luto edificata. Duo ibi Episcopi, unus à Papa ordinatus, alter Religionis Gracorum. Duodecim ibi sunt templa, sed viliis structure.

Vrbs Bratislavia, in extremis Podolia finibus, ad fluvium VVogam sita, è regione Littavia, cum arce viliis structure, circiter 500. habet incolas, omnes ferè milites, qui ab incursibus Cossacarum & Tartarorum, perpetuo ipsis infestantium, strenue se tueri sciunt. Nam cum Moldavis in perpetuis sunt excubius, ad rivum Silinicam, & Sauram, contra Pracopiem, Oczacoviensem, & Bialogrodensem Tartarorum quotidianas impressiones. Ad fluvium VVogam est pagus Cessenia nomine, ibi olim lapides pons, & Balneum Vitoldi, Ducis Lithuania, fuisse dicitur.

98

Ad consequentem Rivi Szinavvoda, & fluvij VVoga, si-  
cū est pagus Codena, alias Pritolce dictus: cuius Incote, quam-  
vis Russico Idiomate loquantur, Ecclesia tamen Romana ritus  
sequuntur. Locus naturā sua est munitissimus, ab una parte a-  
quis, ex altera altissimis montibus cinctus. Estq; hic locus, mea  
opinione extremus, à Christianis habitatus.

Anno 1594. Mense Mayo postquam Sultanus crebras  
suorum elades percepisset, Tartarorum ad 200. Millia, cum ma-  
gno numero boum, per Podoliam & Moldaviam, iter suum in  
Vngariam dirigere iussit. Sed à Polonis ita accepti sunt, ut ipso-  
rum plus quam triginta millia occubuerint, reliqui Niestra flu-  
vio superato, per Transalpinam & superiorem Vngariam, Iau-  
rinum petierunt, & ibi cum Sinan Bassae conjunxerunt.

Quamvis autem ab eo tempore Tartarus sèpius transitum  
per Podoliam, ad VValachiam & Transylvaniam invadendam  
petit: hactenus tamen semper per Polonos impediti, & repre-  
sis sunt, ut in Moldavia pluribus legi potest.

### Pars Lithvaniæ Cap. XXXVI.

Lithuania, cuius in hac charta pars tantum conspicitur,  
in occidente & meridie tangit Podoliam, à qua fluvio VVoga,  
sive Hipani distinguitur: in ortu habet fluvium Borysthenem,  
Tartaria. Ab anno 1386. Polonia Regno subjecta est. cum lagel-  
lo magnus Dux Lithuania, qui postea Vladislau dictus est, Re-  
ginam Polonia Ediegin, sive Heduvigam in matrimonium ac-  
cepit, hac conditione, ut ipse & subditus ejus Christiani fierent,  
& Lithuania Polonia conjugeretur. Spaciosior autem est ipsa  
Polonia, sed non perinde exulta ingentes habet solitudines,  
palustris & sylvosa est, in quibus Vri, Bisantes, Asini feri,  
Cervi, Vrsi, & alia fera reperiuntur. Multos item  
habet lacus. Lithuania exercitum 70. millium Equi-  
tum armare potest, sed equulos habent parvos & debiles:  
panem habent asrum, cum quo multum porri comedunt.

Incole communiter sunt rudes & simplices, & à Nobilibus non  
aliter ac mancipia tractantur. Divitiae eorum sunt pecora, pelles  
& ferae: Cera & melle abundant: nam apes sine omni hominis  
ministerio, arbores in sylvis cera replent. Vinum raro apud ipsos  
reperitur, sed mulsum varijs generis habent, quo sape se inebrant.  
Indigenæ autem vulgares aquam bibunt.

Coluerunt olim pro Dijs, alijs ignem perpetuo lucentem,  
alijs serpentes, alijs proceras & frondosas arbores. Iam autem ri-  
tus Græcorum sequuntur. Matrimonia ex levicausa dirimunt.

Vrbs Kioffa, ad fluvium Boryfhenem sita, fuit olim mag-  
næ & potentissima urbs, quantum ex ruinis conjici potest, quæ  
plus quam 6. milliaria complectebatur. Hodie ea sedes est Epi-  
scopi, qui Archiepiscopum Leopolitanum in Russia, superiorum  
agnoscit.

Laurentius Molitor scribit, Episcopum, qui Anno 1581. ibi  
erat, sibi dixisse, Kioffa Smolenskium usq; (qui locus tum Mosco-  
via annumerabatur, & 60. miliaribus Kioffa distat) sub terra,  
& sub ipso Fluvio Borysthene esse meatus tanta latitudinis,  
quanta alvens est fluminis, ex lapide fusili paratos. Et ad ei rei  
fidem faciendam, scribit se vidisse in templo integras lapidea  
columneas, ex solido & fusili lapide.

Anno 1593. Cosaccarum ad 10000. invaserunt urbem Ki-  
offam, in qua magnam exercuerunt crudelitatem

Lithuania Decem habet Palatinos, qui una cum Episcopis  
locis sua, in senatu regni Poloniae, ipsi quoq; occupant,

## Tartariæ pars. Cap. XXXVII.

Hec Tartaria pars, que in hac charta censpicitur, olim  
Scythia sive Tartaria magna dicta est: atq; Tartari Bialogro-  
denses, Oczacomenses, Tugurienses, Crimai, Præcopenses, Os-  
sevenses, Nogajenses, & Circassi dicuntur. Tartari sunt ani-  
mosi

mos, audaces, & velocies cursores, ex rapiuntum viventes suntq; praterea mendaces, Bibones, Latrones, & incantatores: lac Equinum pro præstantissimo habent. In bello militant gratis, sola spe præda Poloniæ magno fuerunt adjumento contra Moscovitas, & Turcis contra Christianos, Persas & AEgyptios. Podoliam, Moldaviam & Russiā sepius devastarūt: Arcubus tantum, sagittis & gladio utuntur. Quidam eorum sunt Mahometani: nam paucos intra annos penè omnes Tartari, qui in charta hac conspiciuntur, à Turca subjugati sunt. Multitamen planè sunt pagani, lunamq; à coniunctione prodeunte adorant: utuntur Polygamia: & ex parte in Europa, ex parte in Asia habitant. Nam fluvius Tanais apud illos in Mæoditem paludem effunditur, prope Bosporum Cimmerium, qui latitudinem unius ferè miliaris habet. Ibiq; Asia ab Europa seperatur.

Tartari hi, qui intra fluvios Boristhenem & Tanaim habitant, Crimæ sive Cumani dicuntur. Animosi sunt bellatores, audaces & agiles: vicinos suos parum quietos esse finunt, sed eos, si possunt capiunt, & Turcis vendunt, Habitationes suas pro commoditate pascue mutant: & sub tentoriis degunt, atq; in tuguriis, pellibus animalium tectis. Omnibus temporibus invicti sunt habiti. Sedem Regalem jam ante 400. annos in urbe Cremo, in Taurica Chersoneso sita, habuerunt: ubi Reges Poloniae quotannis aliquot millia aureorum, usq; ad Regem Stephanum, tributi nomine, numerare soliti fuerunt,

Cum enim in Decembri Precopenisci Tartarici Chami Legati Cracoviam venissent, & tributum annum quadraginta millium Ducatorum Hungaricorum, qui à Sigismundi Augusti morte numeratus non erat, peterent: Rex Stephanus respondit: Nolo illius Bestia amplius esse Tributarius. His igitur Legatis domum reversis, Tartari in Podoliam impressionem fecerunt, & direptionibus ac incendijs ingentia damna dederunt.

Rex autem contra ipsos misit Zamoiscum Regni Polonia Cartellarium, cuius frateris suifilia Gisilda nupta erat, qui eos profligavit.

Tartari hi fertilem habent terram: quoniam autem tantum ex preda & rapto vivunt, eam non excolunt: gramen in tantum crassitatem, spissitatem & altitudinem excrescit, ut plaustrum per id non facile vehere possit.

Atq[ue] hic Laurentius Molitor meminit celebri Sepulchri Ovidij Nasonis, quod sexto circiter itinere à Boristhene (sine ulteriori situs descriptione) se vidisse ait, cum his versibus in lapide incisis.

Hic situs est Vates, quem Divi Cæsar is ita

Augusti Latio cedere jussit humo.

Sæpè miser voluit patriis occumbere terris;

Sed frustra: hunc illi fata dedere locum.

Circa annum 1577. hic Chan, sive Haan Tartaricus, seu Rex Tartarorum, tres post se reliquit filios, Mahometh Chan, Adlei, & Hali Salomet: qui bellis se se invicem infestarunt. Anno 1580. Mahometh sibi junxit Turcam: Hali Salomet confugit ad Stephanum Regem Polonia, qui ipsum Constantinopolim misit. Hujus dissidij occasione, Turca Dominus factus est totius Tartaria, cuius incola antehac semper liber fuerunt populus.

Taurica Chersonesus, sive peninsula, longitudine altero tanto latitudinem suam superans, incolas habet Gazonas dictos: terra est fertilis frumenti & pecorum, piscibusq[ue] abundansissima, & jam dudum magna ex parte suis sub potestate Tartarum. Nam Mahometh I. Anno 1475. Genuensisbus Metropoli ejus Caffam, sive Theodosiam adeiit, in eaq[ue] Bassa collocavit.

Anno 1584. Osman Bassa, cum ex Persia per has terras rediit, partem hanc Chersonesi versus meridiem, sedē Perecopi-Tartarorum occupavis, Estq[ue] Aslaus primus Chan Tarta-

verum

rorum, qui Turcam superiorē recognovit. Perecopia olim Empatoria, Pompejopolis, sive Heraclæ dicta est: vile est oppidū, arce lapideam, non tamē admodum firmam habens, sedem Chanī.

Coslovia vicus arce, in qua Chan Legatum seu prefectus habet.

Mancopia intra excelsos montes sita est, non tamen planè ad mare: duas habet arcas, rupibus altissimis impositas: splendida habuit Templa. & alia edificia, Gracaratione exstricta: sed quadriennio postquam à Turca occupata est, fere tota conflagravit.

Inkermenum urbē est, cum arce lapidea, altissima rupē imposta, sub qua est Templum, & magna caverna: portum habet, longitudine aliquot stadiorum.

Non procul inde abest Chersonesus, magnus vicus, qui peninsula nomen indidit: est antiquissima urbs inter omnes in ea regione sita: quam olim amplissimam fuisse oportet, quemadmodum ruina indicant.

Strabo hunc tractum minorem Chersonesum appellat: Vrbs autem predicta hodieq; altissima & firmissima habet mœnia, ex ingentibus saxis constructa, & multis turribus ornata. Aqueductum habet, per quem ultra quatuor miliaria, aqua in urbem deducitur. Propè illam Gracum est Cœnobium S. Georgij, in rupe situm. Multa circa illud sunt vineta, sed inulta.

Iambolium in altissimo jacet monte. Arcem olim habuit splendidam, munitissimam, à Genuensibus edificatam, qui ibi habitarunt: Hodie à paucis Gracis, Iudais, & Turcis incolitur.

Anno 1590. in Octobri, Nosovij sive Cosaca, qui Regi Poloniae subjecti sunt, in mare excurrent, intra Borysthenem & Tyram, aliquot naves diripuerunt, & Tauricam invaserūt, ibi Codon occuparunt, quem locum ego Coslo dici puto.

Prope Caffam, reliqua sūt adhuc Cœnobia quadā Monachorū.

Atq; hic habitat Tartari, nēpe Perecopienses, qui annis praterisis in Moldavia & laurinū usq; pervenerūt.

In Maeotide palude nulla possunt ambulare magne naves; propter exiguum eius profunditatem: Piscibus autem supra modum abundant, quos sale conditos Constantinopolim vehunt: ut & frumentum, Butyrum carnes, & alia, Ambitus hujus maris est circiter 9000. stadiorum.

In Isthmo intra Boristhemem & Pontum Euxinum, habitant Tartari Tugurij, sive Vini, miserrimus populus, in lutesis tuguriis, arundinibus tectis habitantes, ea saltē magnitudine, ut 4. aut 5. homines capiant: Suntq. rotunda, Rhedis imposita, quas Camelis aut Bobus vehunt quoquo libuerit: estate evim adventante campos petunt.

Sudacum urbs est à Genuensibus fundata, & ab ipsis hoc nomine appellata, tres habet arces, primam in radice, alteram in medietate, tertiam in culmine montis sitam.

Caffa, alias Teodosia dicta, urbs est maritima, munitissima & celeberrima totius hujus regionis, à Genuensibus fundata: portum habet pulcherrimum.

Duo sunt in ea Catholica, & duo Armenica templo: magnaq. ibidem commercia, propter vicinitatem Constantinopolis, quo vento secundo intrabiduum facile est pertingere.

Cercum oppidum est exiguum, cum arce diruta, ad Bosporum situm, & Tartarico Chan subjectum: è regione in Asia, munitissima arx Tamanum sita est. Cremum urbs est, magnam & muratam arcem habens, in qua Tartari, Crimenses dieti, habitant: In ea Chan monetariam officinam, & Gynaeum suum habet, arctissime custoditum.

Bacasarium urbs est intra duos montes, ad fluviolum sita: domum habet muratam, in qua Chan interdum habitat.

### Pontus Euxinus. Cap. XXXVIII.

Mare hoc olim Pontus Euxinus sive Axenus, hodie au-

tem

rem Italis Mare Maggiore, Gracis μαρε θαλασση, Germanis mare nigrum dictum: terminatur in ortu regno Colchidis, & parte Armeniae: in meridie vero Asia minore, sive Anatolia: in occidente habet Constantinopolim, & Valachiam: in septentrione Maeotidem paludem.

Pontus autem dicitur à Ponto Rege, qui olim in minore Asia regnavit. Ἐγένετο autem, hoc est, in hospitalis, à Plinio dicitur, a procellositate, qua semper astuat: sive ut Strabo vulgo lib. 7. Cosmo. quoddam accole hujus maris olim tam in hospitalis & feri fuerint, ut hospites & peregrinos ad se venientes, obtruncarint, & devorarint, atque ex craniis ipsorum pocula consecerint. Illis autem feris hominibus, ab Ionico populo & Gracis, pulsis, & exterminatis, ait ἐγένετο, hoc est, hospitale esse appellatum.

Balena, quæ Prophetam Ionam in mari mediterraneo prope Ioppen deglutivit, in hoc Ponto Euxino regurgitavit, & terrare reddidit, teste Iosepho.

Aqua hujus maris propemodum dulcis est, propterea, quod tam multa & magna flumina, precipue Maeotis palus in eam se exonerant, ubi etiam multò dulcior est quam Constantinopolis. Admodum est piscosum: cuius rei causa esse putatur, quod nullae in eo sint Balene aut alij pisces magni, qui parvos devorare solent. Magna est copia cera & mellis circa hoc mare, quod apes non tantum in cavis arboribus, verum etiam in rupibus conficiunt.

### Pars Asie minoris. Cap. XXXIX.

Asia minor, à Turciis Anatolia dicta, cuius hic exigua portio conspicitur; in occidente Constantinopolim, in septentrione Pontum Euxinum habet. Turce ante 300 annos hanc terram occuparunt, cum Ertucul Othomanni pater, in has terras (in quibus anno Christi 1289. mortuus est) cum 400 familiis ab uphrate venit, & hic sedem suam fixit. M. Otho-

Othomannus hic, primus Sultanus Turcicus, & filius ejus Orchanes, subinde Christianos in minore Asia invaserunt, diripuerunt, ac terras ipsorum occuparunt, eorum uxores & liberos captivos abduxerunt: ac licet aliquoties illi ab injusta hac visese defendere tentaverint, tamen semper à Turciis victi sunt.

Anno 1327. expugnavit Bursam metropolim totius regionis.

Circa annum 1350. Turcae primam impressionem fecerunt ex hac Asia minore in Europam, ad fauces, seu angustiam mari prope Callipolim.

Mare Constantinopolitanum angustissimum est, intra Neocastrum, quod in Europa, & arcem Chisar, que in Asia sita est: atque in latitudine tantum habet quatuor stadia, sive dimidium miliiare Italicum, & Bosphorus Thracicus dicitur, quod Bosib[us] transire possit. Darius Persarum Rex Asiam & Europam olim hic ponte conjunxit. Triginta autem commodos portus habet, partim in Asia, partim in Europa. Sed in longitudine habet 120. stadia, & nominatur Mare de Marmore, sive Propontis. Deinde terra iterum in tantam angustiam ex utraq[ue] parte se claudit, ut septem tantum stadia sint ex Europa in Asiam: qui locus olim dictus est Hellespontus, hodie autem ab Italibus dicitur, Stretto di Calliopoli, seu angustia Calliopolitana. Xerxes olim hic ponte stravit mare, & exercitum 1700. millium traduxit.

Temporibus Imperatoris Constantini Copronymi, Anno 762. in Februario, Bosphorus hic ita congelavit, & glacie concrevit, ut plaustra frumento onerata, ex Europa in Asiam, & illinc in Europam, supra glaciem traducta sint: & ab urbe Constantinopoli usq[ue] ad ostia Danubij ambulare per mare tutum fuerit. Glacies enim quibusdam in locis crastitudine XV. Cubitorum erat: quam postea nix tegebat 20. Cubitos alta. Anno 1571. Bosphorus etiam plane concrevit frigore.

Ab hoc Bosphoro usq[ue] ad fluvium Panthenium habitabant

99

ram olim Bithynij, qui populus fuit Thraciae bellissimus inter omnes Asiae populos, ut Xenophon scribit: qui Graecos sapè graviter affixit. Stephanum portus est commodissimus.

### Iter Vienna Constantinopolin usq.

Cap. XL.

Anno 1584. die 30. Augusti, strenuus ac nobilis vir, Iohannes Leuenclavius, Generosus Baro, Dominus Heinricus Liechtensteinus Legati Imperatorie Majestatis, &c. Vienna Constantiopolin iter ingressi sunt, munera consueta Sultano Turcico oblaturi. Primi diei iter fuit Fischmundam: secundi Komarā, locum bene munitum, ad angulum orientalem Insule Schutt, in septentrione habens fluvium Vogam, in meridie Danubium. Tertii diei iter fuit Strigonium Archiepiscopalem sedem. Vrbs ad Danubium sita est. sed Arx, in qua est Cathedralis Ecclesia S. Adelberti, in nuda rupe facet. fontem tamen habet, cuius aqua singulari artificiovi, Danubij in eam altitudinem tollitur. Maros vicus est in regione Vizzegradi, in Dominio Domini Emerici Fargatz: Incola Christiani quidem sunt, sed aliquando Turcis simul & Vngaris tributary.

Quarti diei iter, Budam: qua in monte sita est, cum arce, tota ex lapide structa. In ea urbe multi sunt Christiani, qui peculiare suum habent templum. Ragusii & Itali Chorum templi possident, & ritus Romanos sequuntur: reliqua & majore parte utuntur Vngari, qui reformatæ sunt Religionis: & scholam quoq; habent. Locus ipse calidis aquis abundant, & pontem navalem habet trans Danubium 63. navibus constantem, ut Iohannes Bave Noribergensis meminit, qui anno sequente 1585. cum Legato Cesarea Majestatis hoc iter confecit. Vernherus scribit, nullum esse locum in toto orbe Christiano, cum regione hac circa Budam comparandum. Tractus hic, maximè Siembris sive Budam veterem versus, plenus est vinctis: Vinū autem provenies sulphur redoleat, propter aquas salidas.

M 2

Quin

Quinti Diei iter fuit Rachzkevv, cuius loci incola homagium Turca prestatunt.

Sexti, Paxum vicum, itidem à Rusticis, Turcis homagio obstrictis, habitatum.

Septimi, Talnam, vicum elegantem, qui ultimus est locus ejusmodi subditorum, qui solo homagio Turcis obstricti sunt. Hic multi sunt Christiani, peculiare templum, & concionatorum reformatæ Religionis habentes. Hoc in loco, naves in biuum sequens, vietualibus & aliis necessariis instructæ sunt, quoniam sequentibus locis talia vix reperiuntur.

Octavi, diei iter fuit ad arcem Erdeund in monte sitam, ubi Travus fluvius Danubio miscetur.

Noni, Valkovvarum, vicum & arcem in colle sitam: hic fluvius VValpo in Danubium se exonerat, qui longissimo posse stratus est.

Illi oppidum est elegans in colle, arcem habet, & pagum vicinum: quin & olim Cænobium habuit. Hic multa sunt molæ navales.

X. Diei iter Scheruvichum: Vicus est cum arce. Petrovvaradina Arx est montana, juxta quam est vicus in colle & tractus est valde amœnus. Carlovitz vicus est magnus, cum arce, ut Iohannes Bave habet: ibiq; generosa proveniunt vina. Incola maiore ex parte sunt Christiani.

Salankemenum: arx est & oppidum muro cinctum: & regione fluvius Tibiscus Danubio miscetur, juxta arcem Titul.

In angulo confluentis Danubij & Savi, sita est arx Semlin, de qua Bave meminit, quod à Turca expugnari non potuerit.

XI. Belgradum, sive Albam Græcam: Vrbs est mediocris amplitudinis, cum castello in colle sito, ut & aliquapropter urbis: ex una parte alluitur Danubio, ex altera Savo, qui in Carviola oritur. Domum hac urbshabet egregie adificatam, &

commerciis dicatam, in qua sunt amplissima laquearia, negotiorum taberna; totaq<sup>z</sup> plumbō tecta est, ut & Arx, & Mosquea, sive templo Turcica. Multos hac regio alit Bubalos.

Atq<sup>z</sup> hactenus per dies hos undecim Danubio vecti sunt: reliquum autem via (quod & referente Bave audiri) Rhedis 15. & uno plaustro onerario, terrestri itinere consecutum est.

Primo die attigerunt Bulcovarum minorem, ubi primā Caravasarajam (domus sunt amplae seu diversoria, pro hospitiis adificata) invenerunt, & in ea pernoctarunt. Bave in suo itinerario manu scripto, meminit loci dicti Hasserluck, duobus miliaribus infra Belgradum siti, & deinde fluvij Iasenici. Regionis hujus nomen est Servia sive Mysia superior: Terra est bono sub cœlo sita, dummodo excoletetur: nam tam deserta est, ut interdum intra 5. aut 6. miliaria hominem non videas, nisi juxta Caravasarajas: que tamen stabulis nostris vix sunt comparanda. Pro centum tamen & pluribus equis edificatae sunt.

Secundi diei iter fuit Bulcovarum, quem locum aut Sebaraddici, aut non longe inde situm esse oportet.

Tertij, VVadaschinum usq<sup>z</sup>.

Quarti, lagodnam: vicus est egregius, sive potius oppidū apertum, aliquot habens diversoria ex lapide structa, & duas pulchras Mosqueas, plumbō tectas: ante quas fontes sunt mundi & limpidi, in quibus Turca lavant, Templa sua ingressuri. Balneum quoq<sup>z</sup> habet marmoreum. Bave monet, se hic horologium publicum iētibus horas distingens, in parva eaq<sup>z</sup> lignea turricula vidisse: cum in tota Servia, Bulgaria, Thracia nullum præterea viderit: siquidem Turca ius non utuntur.

V. Diei iter fuit Barakinum: vilis est pagus, diversorum tamen habens ex lapide structum & plumbō tectum. In hac vicinia, uno circiter miliari infra lagodnam, trajiciendus est

M 3                    fluvius

fluvius Moravus, quem Germani Morbacum nominant: qui Serviam à Bulgaria distinguit. hic magna abundantia crescit Oryza, quam mense Novembri demum metunt.

Sexti diei iter fuit usq; ad Caravasariam Hassan Bassa, qui locus non procul à Gurgusa ut absit, necesse est.

VII. Diei iter Nissam. Vrbs hac olim Nessus, aut Nissus dicta est. Vrbem antiquam, amplam & celebrem fuisse oportet, quantum ex ruderibus mænorum, arcuum, & propugnaculorum conspicere licet: Sed à Turcis hodie misere devastata jacet. Eam alluit fluvius Nissa, sive Nissana. Locus est satis amoenus.

VIII. Diei iter fuit Curitschemam, ut Leuenclavius vocat, sed rectius Clisuritscha appellatur, sive Clisura, ut Bave nominat. Hic ut Leuenclavius monet, mediocris altitudinis montes superandi sunt. Incolæ hujus loci majore ex parte sunt Christians (ut in plerisq; pagis Bulgaricis) homines viles & pauperes, tenui victu contenti; & Turcis decimum liberorum dare coguntur.

IX. Diei iter fuit Pirotum: Germanico nomine Gotstein dictum: oppidum sive vicus est in amœna planicie: quam antequam attingas, montes quidam, & rupes superanda sunt, & ingens vallum. Vno miliari à Pirote Trophaum conspicitur, in honorem Marci Antonini Imperatoris positum, cum isto in loca Gothos profigasset, ante annos circiter 1400.

X. Diei iter Dragomanium: quæ sine dubio Dragons est, vilis pagus, in quo nullum erat vinum.

XI. diei iter fuit Sophiam: Emporiam est celebre ejus regionis, nulla tamen habet mænia, nec plateæ lapide strata sunt: loco tamen ameno & venusto sita. Multi in ea habitant Iudei, qui Synagogam habent.

XII. Diei iter fuit Elliklissam: vilis est pagus: à Christians majori ex parte habitatus. Prope illum locum superandi sunt mitinere altissimi montes.



XIII. Diei iter Gelderbena usq<sup>z</sup>, alias Capderpend dictio.  
Vilis est pagus, à Christianis inhabitatus. Hic transcendens est  
mons altissimus, à veteribus Rhodope dictus, ex quo fluvius  
Hebrus oritur. Non procul abest etiam mons Hamus, uterq; ex  
Ovidio & Virgilio notus.

Inter illos montes sunt fauces longissime, in quib. olim arx  
munitissima, aut urbs sita fuit, cuius rudera quedam & reli-  
quia murorum sunt indicia. In faucib. illis ultimus Despota Bul-  
garia, Marcus Carlovizus (de quo, & rebus ejus forsiter gestis,  
incola ejus regionis carmen quoddam hereditarium in lingua  
Sclavonica hodieq; canere solent) diu adversus Turcicam potē-  
tiā sc̄e sustentavit. Atq; hic finis est Bulgariae & initium Thracia.

XIV. Diei iter fuit Tatarbasar, quod oppidum est.

XV. Philippopolim; urbs est ampla, in spatiosa planicie si-  
ta, & alluitur fluvio Hebro; qui ab indigenis Mariza dicitur.

XVI. Cagialim: vilis est pagus, à Christianis habitatus.

XVII. Harmandlim, sive Harmandum ad fluvium He-  
brum. Hic nonnihil est periculi à Martelosis, & prædonibus.

XVIII. Diei iter ad Caravasarajam Mustaffa Bassa, Tgjupri  
(ego Copri legendum puto) vicus est egregius ad Hebrum fluvium,  
supra quēm pons est lapideus 404. passus in longitudine habens.

XIX. Adrianopolim, qua in hoc toto itinere, excepta Con-  
stantinopoli, amplissima & præcipua urbs est: à mercatoribus,  
& omnis generis opificibus habita. Eam alluit fluvius Hebrus,  
qui lapideo ponte stratus est: Mœniis antiquis, Turribus & pro-  
pugnaculis cincta, & munita est: Domum mercalem habet ca-  
pacem: in qua omnis generis ad vitam necessaria merces repe-  
runtur. Duas habet Mosqueas pulcherrimas.

XX. Diei iter fuit Hapsalam: Vicus est, templum habens  
pulcherrimum, & diversorum quoq; satis commodum: & ho-  
spitale, in quo peregrinantibus victu gratis datur.

XXI. Esbam vicum,

XXII.

X XII. Burgaschum sive Burgos, vicus est, habens Mos<sup>q</sup>  
queam, pontem lapideum & Caravasarajam. Via quoq<sup>z</sup> ab  
hoc vico Constantinopolim versus, per dimidium miliare lapi-  
destrata est.

X XIII. Iter ad oppidum Tzuruli, sive Chiorch: atq<sup>z</sup> hinc  
mare Constantinopolitanum videri potest.

X XIV. Silybriam: urbs est in littore maris sita, & mo-  
nius cincta. Inde Pontem grandem pervenitur, oppidum etiam  
maritimum, prope quod, supra sinum quendam maris, medio-  
ris latitudinis, est pons lapideus egregius.

X XV. Iter fuit ad oppidum Ponto Piccoli: oppidum pa-  
rum est in littore maris; ipsum quoq<sup>z</sup> sinum habet maris, &  
supra illum pontem lapideum. Atq<sup>z</sup> hinc reliquum itineris, in  
littore maris Constantinopolim usq<sup>z</sup> conficitur.

Et ita II. dierum itineribus Danubio, & XXV. terrè  
Constantinopolim pervenitur.

F I N I S.





Biblioteka Śląska

227271

I

CIMELIA